rn̄dit vt h̄r Luc. j. Quō fiet iſtud q̄m virū
nō cognoſco. i. nō cognoſcere ꝑpono. ¶ Vbi
notādū q̄ int̄ angelū ⁊ ỽginē glioſam q̄ſi q̄/
dam dialog⁹ fuit fact⁹. ⁊ ſm q̄ſdā cepit a me
dia nocte ⁊ durauit vſq̄ʒ ad aurorā ſm alioſ
aūt icepit ab aurora ⁊ durauit vſq̄ʒ ad ortuʒ
ſolis. Alij āt vt ſup̄ dixim⁹ dicūt q̄ incepit i
ſero ⁊ ꝑdurauit vſq̄ʒ ad horā matutinā. Nā
ỽgo angelū interrogauit req̄rēs de modo.
angel⁹ ỽo expoſuit. Deinde ỽgo ꝯſenſum p̄
buit: ⁊ ꝯſentiēs vt ſic fieret rogauit. Primo
igit̄ interrogauit ⁊ modū q̄ſiuit dicēs. Quō
fiet iſtō ⁊c̄. vbi Petr⁹ rauen̄. ait. Interroga
uit Zacharias angelū. ⁊ punit⁹ fuit. Inter/
rogauit Maria ⁊ laudata fuit. erat ei inter
rogationū diūſitas. ⁊ cā p diuerſa hec cōtra
naturā credidit. Ille pro natura dubitauit.
hec integre rei ordinē q̄ſiuit. Ille q̄d de⁹ iube/
bat fieri nō poſſe putauit. Ille impellētibus
exēplis ad fidē nō acceſſit. hec ad fidē ſine ex
emplo p̄cucurrit. hec mirabat̄ de ptu ỽginali
ille de ꝯceptu dubitabat ꝯiugali. ⁊ ſic patʒ q̄
ỽgo nō dubitauit de facto: ſʒ tm̄ q̄ſiuit d̄ mō
Vn̄ Bern̄. vbi ſ̄. ait. Nō dubitat ỽgo de fa
cto: ſʒ modū q̄rit ⁊ ordinē. nō em̄ q̄rit an fiat
ſʒ quō fiat. Et Amb. ſup Luc. dic̄. Non de
effectu ỽgo dubitauit: ſʒ accōmodauit affe/
ctū: ⁊ ſpopondit obſequiū. Neq̄ʒ em̄ non cre
dere anglo maria debuit neq̄ʒ tā temere vſur
pare diuia. vn̄ dixit. Quō fiet iſtud: Tem/

O

Quare
Zachari
as iterro
gans pu
nit⁹ fuit
⁊ nō ma
ria

ꝑatioꝛ eſt iſta rñſio qꝫ ꝟba ſacerdotis Hec
ait.quō fiat iſtō: Ille rñdit Vñ hoc ſciam:
Negat ille ſe credere.⁊ qſi fidei adhuc aliuꝫ
querit autoꝛē. Iſta ſe facere ꝓfitet᷑. nec dubi
tat eſſe faciēdū qō quō fiat inqrit. legerat ei
Maria. Ecce ꝟgo ɔcipiet ⁊ pariet filiū. iō
credidit futuꝝ.ſꝫ quō fieret ante nō legerat.
Nō em̄ queādmodū fieret vl' ꝓphete tanto
fuerat reuelatū. Tātū em̄ myſteriuꝫ nō hoīs
Mlier tribꝫ modis filiū generat. fuit ſꝫ angli oꝛe ꝓmēdū. Hec ille. ¶ Sciēdū
eſt aūt ꝙ tribꝫ modis pt aliq mulier filiū ge
nerare. aut ſpūalit᷑ ſicut fit ī baptiſmo vel in
ɔuerſione ad fidē. Iuxta illud.j. Choꝛ. iiij.
In xpo Ieſu ꝑ euāgeliū ego vos genui. Aut
naturaliter.ſ.de viro vt fit cōiter. Aut ſuper
naturaliter.ſ.opatione ſpūſſancti ſine viro.
Dixit ḡ beata ꝟgo. Quō fiet iſtud angle dei
id eſt quō intelligis tu ꝙ iſtū filiū debeam ge
nerare: Si dicꝫ ꝙ ſpūalit᷑.qꝛ ſcꝫ erit meꝰ fili
us ſpūal' magnū qdē erit talē filiū ſpūalē ha
bere:ſꝫ tñ nihil ad me ptinebit.qꝛ de mea ſub
ſtantia nihil habebit. Si ꝟo intelligis ꝙ na
turaliter generabo:⁊ ꝙ volūtas dei ſit ꝙ de Io
ſeph ſpōſo meo ipm̄ debeā generare:gaudebo
quidē de tam nobili ꝓle.ſꝫ tñ dolebo de ꝑdita
ꝟginitate. Si aūt intelligis ꝙ ſupnaturali
ter ⁊ diuina ꝟtute generabo: gaudebo qdem
de ꝓle tam magnifica ⁊ de ꝟginitate ɔſerua
ta. Vñ Bern.ſup Miſſus eſt ait ī perſona
ꝟgis. Cū dñs teſtis ɔſciē mee ſciat votū eſſe
ancille ſue viꝝ nō cognoſcere:qua lege ꝗ oꝛ
dine ſibi placebit vt illō faciā: Si me opoꝛ
tuerit frāgere votū vt talē pariā filiū ⁊ gau
debo de filio:⁊ dolebo de ꝓpoſito. Fiat aūt vo
luntas eiꝰ. Si aūt ꝙ ꝟgo ɔcipiā ⁊ ꝟgo pari
am:ꝙ vtriqꝫ ſi ſibi placuerit īpoſſibile ei non
erit.tūc ſciam ꝟe ꝙ reſpexit humilitatē ancil
le ſue. ¶ Scđo angelꝰ modū ſibi expoſuit:ꝙ
Angelꝰ exponit modum ɔceptōiſ ſcꝫ nō ſpūaliter.nō naturaliter:ſed ſupnatu
raliter ⁊ mirabiliter filiū generaret dicens.
Spūſſancteꝰ ſupueniet in te.h̄ eſt nō cōcipi
es de humano ſemine ſꝫ myſtico ſpiramie:qꝛ
ſpūſſanctus in te deſcēdet ⁊ de tua carne ꝟgi
nea accipiet ⁊ coꝛpꝰ xpi ſua ꝟtute ꝑficiet. Et
qm̄ ꝟgo poſſꝫ dicere.quō ipa cū ſit pura cre
atura poſſet diuinā lucē que eſt inacceſſibiliſ
ſuſtinere. Angelꝰ ſubiūxit. Et ꝟtus altiſſimi
obumbꝛabit tibi. Deꝰ quidem eſt ignis inex
tinguibilis. Heb.xij. Deꝰ noſter ignis cōſu
mens eſt ⁊ lux inacceſſibil'.j. Thimo.vj. Lu
cem habitat inacceſſibilē. Ea etiā dulcedo i
effabilis Eccl.xxiiij. Spūs meꝰ ſup mel dul
cis ⁊c. Habēdo ḡ beata ꝟgo deū in vtero ha
buit diuinū ignē:diuinā lucē ⁊ diuinā dul
cedinē. Si igit᷑ caro tactū modici carbonis
nō poſſet ſuſtinere. Si oculꝰ ſolē nō poſſet re
ſpicere. Si palatū mel dulciſſimū nō pt fer
re:quō pura creatura poſſet pati tantū cami
nū diuinitatꝫ:poſſet reſpicere in ſolē tā infi
nite claritatꝫ.poſſet ſuſtinere ſuauitatē tā in
finite dulcedinis:ꝓculdubio non potuiſſet
niſi ꝟtꝰ altiſſimi ſibi obūbꝛaſſet. Et iō dixit
angelꝰ.⁊ ꝟtꝰ altiſſimi obūbꝛabit tibi.ignis
em̄ inextinguibil' ⁊ diuinꝰ ſe ſibi obūbꝛauit:
qñ int᷑ ſe ⁊ aīam ꝟgis coꝛpꝰ aſſumptū poſuit
⁊ ſic tātū ardoꝛē ſuſtinere potuit. ¶ Tūc ma
ria humilit᷑ ɔſenſit dicēs. Ecce ancilla domi
ni. Nō em̄ filiꝰ dei in ipam veniſſet niſi ɔſen
ſum ꝓbuiſſet.inuito em̄ bñficiū nō ɔfert᷑.l.in
uito.ff.de reg.iu. Nō eſt aūt credendū ꝙ ver
ba ꝑdicta ita nude ꝓtulerit:ſꝫ ꝙ ipa genufle
xa:oculiſqꝫ ⁊ manibꝫ ad celū leuatis ac pre ni
mio gaudio lachꝛymas ɔtinere non valens
cū magno coꝛdis deſiderio exclamauit. Ecce
Ecce:qd demonſtrat ancilla dñi ⁊c. Iſtud aūt aduerbiū ecce ali
qñ facit demōſtratiōem ad oculū:ſic.j. Io.j.
Ecce agnus dei. Aliqñ ad intellectū ſicut ibi
Iſa.vij. Ecce ꝟgo ɔcipiet ⁊c. Nō em̄ fiebat
demonſtratio ad oculū qꝛ ꝟgo beata nōdum
erat nata.ſꝫ fiebat demōſtratio ad intellectū
Aliqñ ꝟo demonſtrat affectū:ſicut h̄r Ioh.x.
cū iudei dixerūt de xpo qñ ſup Lazarū lacri
matus eſt. Ecce quō amabat eum.qñ igitur
ꝟgo dixit. Ecce ancilla dñi. pōt eſſe demon
ſtratio ad oculū:vt ſit ſenſus. Ecce ꝑſens eſt
ꝓmpta ⁊ parata ancilla dñi ad obediēdum.
Et poteſt fieri demōſtratio ad intellectū tāqꝫ
ſi dicat ꝟgo ad angelū. Queſiui a te moduꝫ
ɔcipiēdi ⁊ expoſuiſti. Et ecce ancilla dñi: mo
dum ipm̄ intellexi.ꝙ ſcꝫ nō naturalit᷑ ſꝫ ſup
naturaliter ɔcipe debeā. Poteſt etiā demon
ſtrare affectū:vt ſit ſenſus. Ecce ancilla dñi.
Offert deo ſuo ſenſus:deſideriū ⁊ affectū. Et
iō ipe meū affectū cōpleat ꝑ effectuꝫ. vltimo
mō oꝛauit vt ſibi ſic veniat vt angelꝰ dixerat
cum ait. Fiat mihi ſm̄ ꝟbū tuū. Iſtud ſigna
tuꝫ eſt Ioſue.xv.vbi dꝛ ꝙ Axa filia Caleph
ſedens in aſino dixit patri ſuo. Pater terrā
arentē ⁊ auſtralē dediſti mihi:da mihi irrigu
am.deditqꝫ ei irriguū ſuperius ⁊ irriguū in
ferius. Axa ſedēs in aſino eſt ꝟgo Maria.
que dñabat᷑ coꝛpi ſuo:q habuit terrā arētem
id eſt carnē ab oī humoꝛe ɔcupiſcētie exicca
tam.terrā qꝫ auſtralē.i.aīam afflatu ſpiritꝰ
ſancti inflāmatā:⁊ tñ petijt irriguū ſupius ⁊
irriguū inferiꝰ qñ dixit. Fiat mihi ſm̄ ꝟbū
tuuꝫ. Nihil enim ſuperius diuinitate.nihil
inferius moꝛtali carne. Tunc igitur irriguū

na

ſupi⁹ ꝛ inferi⁹ habitauit qñ in ei⁹ vtero ỽbum
caro factũ fuit. vt ſcȝ nobis grãm ſuã daret ĩ
pñti ſeculo ꝛ vitã eternã in futuro Amen

¶ De eadẽ filij dei incarnatõe ex ỽgine
Sermo. iiij.

R v Virtus altiſſi-
mi obũbrabit tibi. Lu. j. Btũs
Aug⁹. in q̄dã ſmõe alloquens
glioſaȝ ỽginẽ mariã inq̄t. Dic
mihi iã q̄ſo ſctiſſctõꝝ mr̃ ꝛc. vide ſup̄ in q̄rta
pte hui⁹ opis. ſmõe. iiij. pte. ij. i fi. Etiã dicit
in ſmõe annũciatõis. Audite frẽs mariã no
biſcũ loquentẽ. carne abſentẽ. ſpũ pñteȝ. vul
tum auertentẽ a collocutõe verecũdia ỽgini
tatꝭ ꝛ indicantẽ quõ mr̃ effecta ſit creatoris.
Inq̄t ḡ maria. In domo mea eraȝ puella iu-
dea de dauid regꝭ ſtirpe generata. adulta ſũ
ꝛ deſpõſata: deſpõſata ſum ꝯiugi: ꝛ placui al
teri. nõ interueniẽte adulterio: ſȝ interueniẽ
te ſpũ ſctõ. deſpõſata ſum hoi iudeo: ꝛ placui
altiſſimo. deſpõſauit me vir iude⁹: ꝛ amauit
me Ihs de⁹. ignorauit ioſeph ſpõſus me⁹ ꝙ
me adamaſſet de⁹ me⁹. ꝛ putauit ꝙ de adulte-
rio itumuiſſet vẽter me⁹. ỽt⁹ aũt altiſſimi ob
umbrauit mihi: vt dicũt ỽba ꝓpoſita. Sup
q̄bꝫ duas tm̃ ꝯſideratões faciem⁹
Prima dubitatiõis appellabit̃.
Scd̃a ỽo fructificatõis.

¶ Pars prima hui⁹ ſermonis que dicitũr
dubitationis

Si adã nõ peccaſſet vtruȝ xps icarnatus fuiſſet

P p Pro expeditõe p̄me ptis mouet̃ vna
dubitatio. ſ. vtꝝ ſi Adã nõ peccaſſet
filius dei incarnat⁹ fuiſſet. Ad quaȝ
rñdet btũs Tho. in. iij. ſcripto. di. j. ar. iij. ꝛ
in. iij. pte ſumme. q. j. ar. iij. cũ ſuis ſeq̄cibus
dicẽs ꝙ nõ. Et h̄ pbat̃ p̄mo rõibꝫ. ſcdo auto
ritatibꝫ. Prima rõ ẽ diuie ſapie ſic. Diuia
ſapia in oibꝫ modũ ꝯgruũ ꝛ ordinẽ debitum
adinuenit. vñ q2 hõ deſerto deo ad corꝑalia
reuerſus lapſus fuerat. iõ ꝯueniẽs fuit vt de-
us carne aſſumpta: etiã corꝑalia ſalutꝭ reme
dia hoi adhiberet. Quapropt̃ Augu⁹. ſuper
Johẽz ait. Caro te excecauerat: caro te ſanat
qm̃ ſic venit xp̄s vt de carne vitã carnis extin
gueret. Secũdo idẽ pbatur rõne diuine mi
ſericordie ſic. Deus ex miſericordia ſua per-
mittit pctã fieri vt ex eis eliciat mai⁹ bonum
Nã vbi abũdauit iniq̄tas ſupabũdauit ꝛ g̃
tia. vt dic̃ apl̄s ad Rom. v. Et q2 eſſe potuit
aliq̄d mai⁹ hũana natura: ꝛ pcipue vnio hu
mane nature ꝛ diuie i pſona xp̄i. iõ diuia mi
ſericordia culpã in hoie ꝑmiſit eẽ: ꝓpter illõ
bonum maximũ inde eliciendũ. vl̄ ꝓpt̃ vni-
onem diuine nature ꝛ humane in xp̄o. ꝓpter
qð Grego. in bñdictõe cerei paſchalis inq̄t.
O felix culpa q̄ talẽ ac tantũ meruit habere
redemptorẽ. ¶ Tertio idẽ pbat̃ rõne diuine T
ꝓuidentie ſic. Predeſtinatio ꝛ ꝓuidentia dei
ꝛ q̄ȝtum ad factũ ꝛ q̄ȝtũ ad modũ falli nõ p̄t
ſicut nec p̄ſcientia dei que futurorũ eſt. Et iõ
ſicut deus p̄deſtinauit ſalutẽ alicui⁹ hominis
ꝑ orõnes aliquoꝝ implendã: ita p̄deſtinauit
opus incarnationis in remediũ hũani pcti.
Preterea auctoribꝫ idẽ pbat̃. Nã h̄ affirmat
Auguſtin⁹ ſup illud Mat. j. Ipe em̃ ſaluũ
faciet populũ ſuũ a peccatis eoꝝ dicẽs. Si
homo nõ peccaſſet: ỽgo nõ peperiſſet. ꝛ iteꝝ
exponens illud Mat. viij. Venit fili⁹ hoĩs
q̄rere ꝛ ſaluũ facere qð perierat. Dic̃ ei Au-
guſtin⁹ in li. de ỽbis apl̄i. Si hõ nõ peccaſſȝ
filius hoĩs nõ veniſſet. ſ. in carnẽ. Itẽ ſup il-
lud. j. ad Thi. j. Xp̄s ihs venit in hũc mun-
dũ pctõres ſaluos facere. Ait ei idẽ Auguſti
nus. Nulla cã fuit veniẽdi xp̄o dño niſi pec-
catores ſaluos facere. tolle vl̄nera. tolle mor
bos ꝛ nulla erit cã medicine. Cum ḡ remota
cauſa remoueat̃ effect⁹. c. cũ infirmitas. de pe
ni. ꝛ re. c. cum ceſſante. de appel. cuȝ ſilibꝫ. vt
etiã ait ph̄s. ij. phiſ. videt̃ dicendũ ꝙ ſi pec-
catum nõ fuiſſet: fili⁹ dei carnẽ nõ aſſumpſiſſȝ
¶ Hoc etiã pbat̃ autoritate Grego. quaȝ in U
miſſa recitat eccl̄ia dicẽs. Nihil nobis naſci
ꝓfuit niſi redimi ꝓfuiſſet. ſed redemptio nõ
fuiſſet ſi fuitus pcti nõ extitiſſet. ḡ ſi peccatũ
nõ fuiſſet: filius dei tpaliter natus non eſſet.
Auguſtin⁹ q̄ȝ in q̄dã orõe ad btãm ỽginem
ait. Ut q̄d eni neſcia pcti ꝑ peccatoribꝫ pare
res. ſi deeſſet q̄ peccaſſet: aut q̄d mater fieres
ſaluatoris ſi nulla eſſet indigentia ſalutꝭ. Et
Leo papa in ſmone de trinitate ſic dic̃. Si
em̃ homo ad imaginẽ ꝛ ſilitudinẽ dei factus
in ſuo honore mãſiſſet. creator mũdi creatu-
ra nõ fieret. neq̄ȝ eternus tẽporalitatẽ ſbirȝ ꝛ
equalis deo prĩ fili⁹ formã ſui nõ aſſumeret.
Ambroſi⁹ etiã ſup Lucã ſic inquit. Ille iu-
ſtus venit ad peccatores vt ex peccatoribꝫ fa
ceret iuſtos. pius venit ad impios vt nos fa
ceret pios. humilis venit ad ſupbos vt ex ſu-
perbis faceret humiles. Et Bern. i ſermone
ad milites ait. Venit medicus ad egrotos:
redemptor ad venditos: ad errãtes via: ad
mortuos vita. Hec ille. Ex q̄bꝫ oibꝫ rõnibꝫ
ꝛ autoritatibꝫ videt̃ pbari ꝛ ꝯcludi ꝙ xp̄us
nõ fuiſſet incarnatus ſi homo non peccaſſet.
¶ Sed his argumẽtis nõ obſtantibus Cre- X
do ꝙ ſit vera opinio Alexãdri de ales in ter-

Si hō n̄ peccaſſet xpus carnē paſſibilem nō aſſūpſiſſet

tia pte ſumme.i tractatu de icarnatiōe xpi.et Sco.in.iij.di.vij.q.iij.dubio.j. ꝛ Petri de aquila eadē diſ.ꝛ Rich.i.iij.di.j.ar.ij.q.iiij. ꝛ ſancti Bonauē.ac Fran.de may.ac Alexā dri lombardi i eadē diſ.ſ.ꝙ etiā ſi hō nō pec caſſet:dei fili⁹ icarnat⁹ fuiſſet:ſ3 carnē paſſibi lem ꝛ mortalē nullo modo aſſumpſiſſet.et h̄ ꝓbatur multis rōnibꝫ. Primo rōne ſimilati onis.ſic ſm ſniam autoris in li.ſex pncipioꝝ Tāto vnūqd̄qꝫ pfecti⁹ eſt q̄to magis aſſila tur ſuo pncipio. Cū ḡ vt habet Deut.xxxij. dei pfecta ſunt opa:ſequit̄ ꝙ deus qui creauit mundū:vt dr Geñ.j.ꝛ Ecci.xviij.vbi ſcptū eſt.Qui viuit in eternū creauit oīa ſimul. Ut ipas res inq̄tum capacitas eaꝝ attinge bat pfectas faceret:voluit in eis ponere ſimi litudinē ſuā.Un̄ bonitas diuina in creādo mundū poſuit ſiltudinē ſuā in eo ꝙ fecit eū bonū.ꝛ magnitudo in eo ꝙ fecit eū magnū. ꝛ eternitas in eo ꝙ fecit eū durabilē.ꝛ ſic de ſingulis.q: ſm phum.ij.phiſ.ꝛ.v.methaph. Omis effect⁹ naturalit̄ aſſilat̄ ſue cauſe.Tūc ſic arguit̄.Ome illud p qd̄ dignitates diui ne meli⁹ ꝛ pfecti⁹ oñdūt pfectiōes ſuas ꝛ ſili tudines.ꝛ q̇etant̄ in mūdo deū facere ꝯgruū fuit.Cū iſte ſit nobilioꝛ finis p quē mūdus vel aliqua creatura ſit creata.Ad hoc em̄ de us creauit mundū vt i eo oñderet ſeipſum ꝛ opationē ſuā itrinſecā.Sꝫ ſi natura hūana eſt aſſumpta a diuiā in vnione ſuppoſiti ꝛ p ſone.q̄ q̇dē pſona ſit ver⁹ de⁹ ꝛ hō:omēs diui ne dignitates hn̄t pfecte ſuas ſilitudines in hoc ope.q: bonitas diuiā nō pōt meli⁹ opus facere de creatura.nec magnitudo magis bo nam.nec eternitas mag̃ durabilem.ꝛ ſic de alijs dignitatibꝫ diuis.ḡ ꝛc. Nā ſi nō eſſet aſſumpta a diuiā ipa hūana natura.nulla di gnitas diuiā haberet pfectōem nec quietē in ꝓductione mūdi.q: poteſtas diuina ſemper poſſet facere maius op⁹ in mūdo:ꝛ melius q̄ cūqꝫ ope facto.Iſta ḡ fuit vna ex cauſis icar nationis dei vt dignitates diuine oñderent pfecte ſilitudines ſuas in creatura ꝛ q̇etaret̄ in ea.cum in nullo alio ope extrinſeco potuiſ ſent q̇etari omēs dignitates diuine niſi i iſto In iſto aūt quietant̄ omēs diuie dignitates ꝛ opatio totalis mūdi:tāqꝫ in ope ſummo et

Y nobiliſſimo. ¶ Scd̄a rō dr dilectōis. Cum em̄ quilibet fidelis teneat̄ deū diligere toto corde:tota anima ꝛ tota mente. vt pcipitur Deut.vj. Matth.xxij. Luc.x.ꝛ Mar.xij. traſſumptiue in.c.oīs.xiij.diſ.ꝛ.c.vnico.§.h vnguento.de ſacra vncti. Sequit̄ ꝙ fuit cō gruum deū facere omē illud p qd̄ meli⁹ flecti poſſet ꝛ magis moueri ad talē dilectiōem. Si em̄ deus nō feciſſet in natura humana id per qd̄ ipe magis ab ea diligi poſſet.nollet ſe to taliter ꝛ intime diligi ab ea.qd̄ eſt impoſſibi le cū ipe ſit ſummū bonū.ꝛ p ꝯñs ſumme di ligibile. Uel vellet ſe diligi ſumme ꝛ totalit̄ a natura humana ipo nō faciēte in ea totum illud p quod pl⁹ eū debet diligere. Et ſic req̇ reret ab ea qd̄ nō debet exigere.ꝛ vellet rōem amoris poti⁹ fundari in ea q̄ꝫ in ſeipſo.qd̄ ē impoſſibile. Si em̄ vt ait phs.j.methaphi. Unūqd̄qꝫ entiū nitit̄ natura ſibi ꝓpria. Et ſm cōmentatorē.ix.methaphi.vnūqd̄qꝫ ſm ꝙ ſe habet ad entitatē:ita ſe hꝫ ad opatōem. Et de⁹ eſt infinita bonitas:debet dilectio ma gis fundari in eo q̄ꝫ in natura humana q̄ eſt finita.ꝛ p ꝯſequēs ꝯgruū fuit ad mouēdum creaturā humanā ad diligendū eū:ꝙ ipa na tura humana aſſumeret̄ a diuina.ita ꝙ deus ꝛ homo eſſet in vnitate ſuppoſiti ꝛ perſone. Et hāc rōnem approbat Aug⁹.in li.cur q̄ñ ꝛ quō deus.c.vj.di. Deus homo fieri dignat⁹ eſt:quaten⁹ tāto illū pleni⁹ diligamus atqꝫ laudemus q̄to clarius eius beniuolentiā er ga nos cognouim⁹. ¶ Tertio rōne ordinati

Z onis ſic. Finis omīs creature eſt homo. Iux̄ illud phi in.ij.phiſ.ꝛ.ij.de aīa di. Nos ſum⁹ qd̄ammō finis oīm:ꝛ vtimur tāqꝫ ꝓpt̄ nos omībꝫ que ſunt. Et h̄ dupliciter.ſ.intrinſece ꝛ extrinſece. Intrinſece q: omīs creatura ad ipm ordinat̄ tāqꝫ ad finē ſb̄ vltimo fine deo. ſm beatū Bonauē.in.ij.diſ.xv.ar.ij.q.j. Et patet hoc etiā Geñ.j.qñ dixit de⁹. Faciam⁹ hoīem ad imaginē ꝛ ſimilitudinē noſtrā:vt pſit piſcibꝫ maris ꝛ volatilibus celi ꝛ beſtijs terre. Extrinſece ꝓo:q: vltimo inter oīa crea ta factus eſt homo. Cū igit̄ deus vt habetur Apoc.j.ꝛ penul.ſit alpha ꝛ o:pncipium ꝛ fi nis.ꝯgruū fuit vt deus fieret homo.ꝛ ſic pn cipiū ꝯiungeret̄ cū fine.ꝛ idem eſſet pncipiū ꝛ finis. Figura em̄ circularis qua finis ꝯiun gitur pncipio ē pfectiſſima ſm ariſmetricos. Finis aūt dei eſt pncipiū hoīs. Unde ait Io hānis.viij. Ego ſum pncipiū q̇ ꝛ loq̇r vob. ḡ ꝛc. Et iſte rōnes militant etiā ſi Adā non peccaſſet. ¶ Quarta rō dr ampliationis ſic. Capacitas humane nature nō eſt p pctm̄ in aliquo ampliata. Sed poſt peccatū natura humana fuit capax tanti boni vt deo vnire tur.ꝛ a deo aſſumeret̄ in vnitate pſone. Ergo ante peccatum multo magis iſtius boni ca pax fuit. Ergo deus humanā naturā aſſum pſiſſet etiā ſi hō non peccaſſet:imo mlto ma gis.ſ3 nō fuiſſet paſſus nec mortu⁹.quia ſm

Reſpōn ſio ad rō nes pme opionis.

phm.ij.de generatiōe. Deficiēte cā.ſ.peccato:
defeciſſet etiā effectus.ſ.mortis ⁊ paſſionis fi
lij dei. Et iſto mō hñt intelligi omnes rōnes
⁊ autoritates alterius opinionis. quibꝫ etiā
clarius ſic poteſt rñderi.ſ.ꝙ quotienſcūqꝫ ad
cauſandū vnū effectū plures cauſe eque pn/
cipaliter cōcurrunt. ceſſante vna tm̄: non ceſ
ſat effectus qui poteſt cauſari ab altera earuꝫ
cauſaꝝ. vt notatur in.§.affinitatis.inſti. de
nup.⁊.l.ſi ventri.§.in bonis.ff.de pui.credi.
⁊ in.l.liberoꝝ.ff.de his qui nota.infa. Et per
Bartho.in.l.ita ſtipulatus.ff.de verboꝝ ob/
ligatione. ⁊ loquit̃ de cauſa finali duplici ad
vnū effectū concurrente: ſicut eſt in ꝓpoſito
noſtro. ⁊ dicit ꝙ vna ceſſante nō ceſſet effect⁹
poſito ḡ,p ſꝫo ꝙ vna cauſa incarnationis xp̄i
fuerit peccatū: tamē cū alie q̄ꝫplures fuerint
ad hoc ſimul cōcurrentes. de quibꝫ ſupra di/
ctum eſt ⁊ dicetur in ſequentibꝫ. q̄ꝫuis ceſſaſ/
ſet ipm̄ pctm̄: non ceſſaſſet incarnatio rema/
nentibꝫ alijs cauſis. quia ſꝫo ſolum peccatuꝫ
fuit cauſa paſſionis ⁊ mortis xp̄i. ideo ceſſan
A te peccato: ceſſaſſet mors ⁊ paſſio ei⁹. ¶ Quin
ta rō ꝺ̄ cōmunicationis ſic. Scḋm Diony/
ſium in.iiij.c.de angelica hierarchia. Bonuꝫ
vt bonū naturaliter eſt ſuipſi⁹ cōmunicati/
uum. ſed deus eſt ſumma bonitas ī abſtracto
ḡ ſumme debuit ⁊ debet eſſe cōmunicatiua: ita
vt ſi poſſibile eſſet ꝙ a creatura participaret̃
infinite deberet ei cōmunicari. Cū igitur ma
ior ſit cōmunicatio p cōiunctionē perſone di/
uine ipſi nature humane in vnitate perſone
q̄ꝫ ſit in ꝯiunctōe gratuita ⁊ glorificata que
erit in viſione ⁊ fruitione dei in patria: qꝛ cuꝫ
il'a erit iſta ⁊ nō ecōtrario. ḡ vt deus ſumme
cōmunicaret bonitatē ſuā: etiā ſi homo ñ pec
caſſet: carnē aſſumpſiſſet. ⁊ hoc pcipue vt in
ipſa natura humana bonitatē ſuā cōicarꝫ oī
creature. qꝛ ſm̄ Grego.in omel'.ſuper illud
Mat.vltimo. Predicate euangeliū omni
creature. Omīs creature nomīe intelligitur
homo. qꝛ cōmune aliquid habet homo cum
omī creatura. Lapides nāqꝫ ſunt: ſed nō vi/
uunt. Arbuſta ſunt: viuunt ſed nō ſentiunt.
Bruta ſꝫo ſūt: viuūt ſentiūt ſꝫ nō diſcernūt
Homīes ſꝫo ſunt: viuūt ſentiūt ⁊ diſcernūt:
atqꝫ cū angelis intelligūt. Ergo vt omīs cre
atura bonitatē dei participaret in homīe. de/
buit etiā ſi homo nō peccaſſet carnē aſſume/
re. ¶ Sexto idē pbatur rōne occaſionis ſic.
Omē illud qḋ deus p̄uidit fiendū a princi/
pio: ⁊ angeli p̄uiderunt. ita debuit fieri nulla
alia occaſione accedēte. quia ſummū bonum
in natura humana nō debet eſſe occaſionatū

ſed incarnatio filij dei eſt ſummū bonū ī hu/
mana natura quā a pncipio creatiōis mūdi
oñdit deus nōnullis angelis. ḡ nō debuit eſſe
occaſionata.ſ.propter peccatū facta niſi cum
p̄ciſione ſcꝫ ad paſſionē ⁊ mortē. ḡ patꝫ ꝓpoſi/
tum. ꝙ aūt añ peccatū p̄uiſum ⁊ preoſtēſum
fuerit hoc myſteriū angelis. oñdit Bern. ſu
per illud Ione.ij. propter me venit hec tēpe/
ſtas. Exponens illud verbū de pſona filij dei
dicens. ꝙ lucifer p̄uidit rōnalem creaturam
aſſumendā in vnitatē pſone filij dei: vidit et
inuidit. Vñ inuidia fuit cauſa caſus diaboli
⁊ mouens ipm ad tentandū hominē: cui⁹ fe/
licitati inuidebat ⁊ p peccatū demereret̃ hu
mana natura aſſumptōem ⁊ vnibilitatē ad
deum. Ex quo patet ꝙ lucifer intellexit vnio
nem humane nature: ⁊ ipm lapſum itellexit
vt impedimentū vnionis. ꝓpter qḋ ⁊ procu
rauit lapſum. Ex hoc ergo relinquit̃ ꝙ circū
ſcripto lapſu adhuc eſt ponere ꝯuenientiam
incarnationis. Hec Alexander. Et de h̄ fun
damento etiā tractabit̃ in ſequēti ſmone pre
B pma. ¶ Septimo idē pbatur rōne pſignati
onis ſcꝫ ſacramēti mrīmonij. certū eſt em̄ añ
lapſum fuiſſe inſtitutū mrīmonij ſacramētū
dicente dño Gen.j. Creſcite et multiplica/
mini ⁊ replete terrā. Et Adam. Hoc os ē ex
oſſibꝫ meis: ⁊ hec caro eſt ex carne mea. Hoc
aūt dicit apl's eſſe ſacramentū magnū ī xp̄o
⁊ eccl'ia. ad Eph.v. Si igit̃ ſacramentū hoc
inſtitutū eſt: ⁊ māſiſſet etiā circūſcripto lap/
ſu: patꝫ etiā quia ipa res ſacra futura erat.ſ.
incarnatio filij dei: cuius ipſum erat ſignum
¶ Octauo pbatur rōne oñſionis ſic. Cū mul
ti eſſent modi redimendi genus humanum
ſm̄ Auguſtinū.xiij.de trini. voluit tamē deus
illud redimere iſto modo vt magis alliceret
hominē ad amorē ſui. ſed magis alliciebatur
ad amorē ſui ſi fuiſſet aſſumptus in ſtatu in
nocentie. ḡ etiā ſi homo non peccaſſet vt nos
ad amorē ſuū magis alliceret: carnē aſſume/
re debuiſſet. Et hec veritas ꝯfirmat̃ autorita
te Auguſtini in quodā ſermone dicēs. Que
maior cauſa veniēdi deo niſi vt oñderet nobꝫ
dilectiōem ſuā. vt ſi amare pigeat: reamare
nō pigeat. Hec ille. ¶ Nono idē pbat̃ rōne
C punitionis ſic. Nullus inde debet reportare
ꝯmodum vñ mereret̃ ſuppliciū.l.j.⁊.l.nec ex do
lo.⁊.c.ex tenore.de reſcrip. vbi habet̃ ꝙ nemi
ni malicia ſua dꝫ patrocinari. ⁊ null⁹ ex do/
lo ſuo debet lucrum ꝯſequi. ⁊ nemo ex delicto
ſuo debet facere conditionē ſuam melioreꝫ.l.
tranſactione finita.C.de tranſac.⁊.l.non frau
dat̃.§.nemo.ff.de reg.iur. ⁊ qḋ ibi no.⁊.xvj.

q.j.c.legi.h̄ eñ eſſet contra iuſticie ordinem
Si aũt deus nõ incarnat⁹ fuiſſet niſi peccaſ/
ſet homo: maximũ cõmodũ d̃ ſuo pctõ repoꝛ
taſſet. Cum eñ nullã maioꝛẽ dignitatē nul
lumq̧ maius donũ ꝛ bñficium excellenti⁹ po
tuerit deus dare hoĩ q̃ꝫ ꝙ ſuã naturã aſſume
ret. hoc aũt bñficium nõ habuiſſet ſi non pec
caſſet. Quis nõ videt q̃tum bonũ. q̃tumq̧
bñficiũ aſſecutus eſt ex ſuo peccato? Ex quo
ſm ordinẽ diuine iuſticie meruiſſet eternum
D ſuppliciũ. ¶ Decimo idẽ pbatur rõne beati/
Triplex ficationis. Nã triplex reperit̃ beatitudo ho
btitudo. minis ſm doctoꝛeſ. Prima eſt ſubſtãtialis q̃
ꝯſiſtit in anima. ꝛ hãc ſolũ in deo habet: que
ꝯſiſtit in tribꝫ ipſi⁹ aĩme dotibꝫ. videlicꝫ frui
tione. tentione. ꝛ viſione. Secũda eſt ꝯſub/
ſtantialis: que ꝯſiſtit in beatitudine coꝛpoꝛiſ
videlicet claritate. agilitate. ſubtilitate ꝛ im
paſſibilitate. Tertia d̃r accidẽtalis. quia ſi/
ne iſta eſſet quidẽ homo beatus: ſed non oĩ
no. quia ipſi ſenſus coꝛpoꝛei nõ haberẽt ple/
nam leticiã quantũ ad pñs ſpectat. Preſup
poſito eñ ſaluo melioꝛi iudicio ꝙ oĩes ſen/
ſus homĩs debeãt eſſe in actibꝫ ſuis in cõpleta
pfectione vt coꝛpis beatitudo pleniſſima ſit:
quia plenioꝛ eſſe non poſſit. qꝛ beatus non eſt
cui boni aliq̃d deeſt qđ hr̃e poteſt ſm Augu/
ſtinum in libro de vera innocentia. Et tũc ar
guo ſic ſm p̄dictos doctoꝛes ꝛ Bonauẽ. i. iij.
diſ. j. ar. j. q. ij. homo totaliter debet beatifica/
ri. ſꝫ nõ beatificat̃ niſi in deo qui ſol⁹ eſt eius
merces. ſicut ab Abraã ait Geñ. xv. Ego ſũ
merces tua magna nimis. nec beatificatur to
taliter niſi beatificetur in aĩma ꝛ coꝛpoꝛe to/
taliter. Senſus aũt exterioꝛ nõ poteſt beati/
ficari niſi in re coꝛpali. g̃ ſi tota beatitudo ho
minis in deo eſſe debet: ꝛ nõ ab alio mẽdicari
congruit deũ eſſe coꝛpoꝛeũ. hoc eſt ſibi vnire
coꝛpus in quo tãq̧ in ꝓprio obiecto coꝛpis
ſenſus poſſint ſuaꝫ beatitudinẽ inuenire. Et
licet quis diceret ꝙ ſenſus habuiſſent ſuos
actus: etiã ſine hoc ꝙ deus eſſet incarnat⁹. vt
pote viſus de quo ꝑncipalit̃ loquimur. ꝛ cu/
ius appellatione oĩes quãdoq̧ ſenſus ho/
minis ꝑtinent̃. vt in l. vnica. §. videam⁹. C.
de rei vxo. acti. ꝛ. ff. de lega. ij. l. ſi mihi ꝛ Ticio
in ꝑn. ꝛ de iniurijs. l. item apud. §. ſi q̃s. et de
tri. vino oleoq̧ le. l. ex viu. ꝛ. C. de omni agro
deſerto. l. q̃ agros. li. xj. Nam viſus noſter de
lectatus fuiſſet abſq̧ eo ꝙ deus factus fuiſſet
coꝛpoꝛaliter viſibilis. Vidiſſet eñ pulcritu/
dinem celoꝝ ꝛ alia coꝛpalia oĩa ꝛ maxime io
cũdatus fuiſſet videndo pulcerrima coꝛpoꝛa
ſanctoꝝ. Rñdeo ꝙ veꝝ eſt: non tamen in deo
ſolum fuiſſet beatificatus per hãc viſionem: i
quo debet totus homo beatificari Vñ hoc eſt
ſingulare gaudiũ beatoꝝ ꝙ vident noſtram
humanitatẽ vnitã diuitati. Hinc Berñ. ait
Plenum pꝛoꝛſus oĩi ſuauitatis dulcedine.
videre hominẽ hominis ꝯditoꝛẽ. Ecce enim
dulce lumen ꝛ delectabile oculis videre ſoleꝫ
iuſticie xp̄m dominũ. de quo Malachie. iiij.
Vobis timentibꝫ nomẽ meũ oꝛiet̃ ſol iuſti/
cie. Et hoc ſingulare gaudiũ Iſaias expſſit.
c. xxxiij. dicens. Regeꝫ in decoꝛe ſuo videbũt
Iſtã rõnem ꝯfirmat Auguſtin⁹ in li. de ſpũ
ꝛ aĩa di. Propterea deus factus eſt homo:
vt totũ in ſe hominẽ beatificaret: vt ſiue ho/
mo ingrederetur intus per intellectum ſiue
egrederetur extra per ſenſum: in creatoꝛe ſuo
paſcua inueniret. Paſcua intus in cognitio
ne deitatis. paſcua foꝛis in carne ſaluatoꝛis.
Hec ille. Ex quibꝫ oĩbꝫ claret ꝙ ſi ꝯſiderat̃
incarnatio ſm circũſtantiã: vꝫ pote qꝛ aſſum/
pſit carnẽ paſſibilẽ ꝛ moꝛtalẽ. ſic eſt vera pri/
ma opinio: quia vtiq̧ non fuiſſet deus incar
natus ſi homo non peccaſſet. Si aũt ꝯſide/
ratur in ſe ſimpliciter: tenendũ eſt ꝙ ſi filius
dei ſm opinionem ſecundã incarnatus eſſet:
etiã ſi homo non peccaſſet rõnibus p̄dictis.
Alijs quoq̧ fundamẽtis poteſt eadem veri/
tas declarari: que ponetur in ſermone ſeq̃nti
parte pꝛima.

¶ Pars ſecunda hui⁹ ſermonis que dicit̃
fructificationis

De generatiõe ꝛ ꝯceptiõe filij dei ex ꝟ
gine ꝓphetauit Iſaias ꝓpheta: ſui
libꝛi. c. xlv. dicẽs. Roꝛate celi deſup ꝛ E
nubes pluant iuſtũ: aperiatur terra ꝛ germi
net ſaluatoꝛem. ¶ Unde eſt notandũ ꝙ icar
natio xp̄i pluuie aſſimilatur. qꝛ pluuia tribꝫ Incarna
modis generat̃. ſ. virtute caloꝛis attrahẽtis. tio aſſilat̃
ꝛ vapoꝛis aſcendentis. ac venti colligentis. tur plu/
Venti eñ volantes ſupꝛa mare multum hu uie
moꝛem ſepe colligũt ꝛ ſecũ ad aerẽ attrahen
tes in pluuiã diſſoluũt. Et ſimiliter beata ꝟ/
go his tribꝫ modis hãc celeſtẽ pluuiaꝫ gene/
rauit. Gratia eñ dei eſt amoꝛ dei. Amoꝛ autẽ
eſt ille ignis de quo ipſe ſaluatoꝛ ait Luc. xij.
Ignem veni mittere in terram. Quia igit̃ be
nedicta ꝟgo fuit plena gratia ꝛ amoꝛe dei ꝛ
ꝯſequenter igne ꝛ caloꝛe. Ideo ꝟtute iſtius
caloꝛis diuinum fontem ad ſe traxit ꝛ iſtã ce
leſtem pluuiã generauit. de qua pſ. lxxj. dicit̃
Deſcendit ſicut pluuia in vellus. Item fili/
us dei eſt vapoꝛ virtutis dei. Sapientie. vij. Fili⁹ dr̃
Iſte igitur vapoꝛ inter virginis viſcera ſine vapoꝛ
ſui inciſione ſiue apertione ſe occultauit ꝛ po

ſtea in pluuiam ſe diffudit quando mūdum
famelicū ſatiauit. Juxta illō pſ̄.lxxvij. Plu
it illis manna ad manducandū. Beata aūt
virgo ait illud Ecci.xxiiij. Quaſi libanus n̄
Spūſſā ctus dici tur vēt⁹. incilus euaporaui habitatōem meā. Itē ſpi/
ritusſanctus dicitur ventus. Juxta illō Jo/
hānis.iij. Spūs vbi vult ſpirat. Iſte autez
ventus flans in Maria eius humores col/
legit ꝛ corpus xp̄i formauit ita vt ſalutarem
pluuiā generauit que vniuerſum mundum
fructificare fecit. Dicitur aūt Jaco.v. Non
pluit ꝑ annos tres ꝛ menſes ſex. Anni tres
ſunt tria tempa que preceſſerant: ſcꝫ nature:
culpe: et legis ſcripte in quibꝫ pluuia benedi
ctionis nō venit. Quartū aūt tempus ē gra
tie. Et in iſto etiā non venit vſqꝫ ad menſes
ſex. In iſto autē menſe ſexto miſſus eſt Ga/
briel angelus a deo Luce.j. Et tūc rorauerūt
celi deſuper: ꝛ nubes virginalis pluit iuſtum
atqꝫ aperta eſt terra: id eſt ipſa v̄go bn̄dicta.
Utilita/ tes incar nationis ꝛ genuit ſaluatorē. ¶ Sed ꝓ maiori declara/
tione p̄dictoꝝ eſt ſciendū ꝙ filius dei icarna/
tus eſt ꝓpter multas vtilitates homini ꝛ to/
ti mundo ꝯferendas Primo vt mundū ma
lignitate inflāmatū refrigeraret. ideo aſſimi
latur rori in verbis p̄allegatis. Ros em̄ ca/
lorem temperat: ꝛ refrigeriuꝫ preſtat. Juxta
illō Ecci.xviij. Nōne ardorē refrigerat ros
Et ſic iſte ros temperauit eſtū concupiſcētie.
Juxta illud Ecci.xliij. Ros obuians ardori
venienti humilē faciet eum. Itē adduxit re/
frigerium gratie. iuxta illud Dan̄.iij. Fecit
mediuꝫ fornacis quaſi ventū roris flantem.
¶ Secūdo incarnatus eſt vt mūdū aridum
F impinguaret. Ros em̄ quoſdā piſces mariſ
impinguat: ꝛ ī aliquibꝫ regionibus oues ro/
re paſcunt ꝛ impinguant. Sic iſte ros mun
dum aridū impinguauit. Cui dici potuit il/
lud Gen̄.xxvij. In pinguedine terre et rore
celi deſuper erit benedictio tua. Impinguat
em̄ in xp̄o ex cōſideratione ſue humanitatis
que appellatur terre pinguedo. ꝛ ex conſide
ratione ſue diuinitatis que dicitur ros celi.
¶ Tertio incarnatus eſt vt mundū ſterilem
G fecundaret. Locus em̄ vbi ros nō deſcēdit eſt
ſterilis. Sic mūdus erat ſterilis a bona ope/
ratione. ſed deſcēdit ros iſte in ip̄m ꝛ germia
re fecit. iuxta illud Oſee.xiiij. Ero quaſi ros
ꝛ iſrael germinabit quaſi liliū. ¶ Quarto in
carnat⁹ eſt vt mundū famelicū ſaturaret. vn̄
Numeri.xj. d̄r. Cūqꝫ deſcēderet nocte ſuper
caſtra ros: deſcēdebat pariter ꝛ māna. Iſto
tamē māna nō paſcunt homines coruini. id
eſt ꝑ peccatū denigrati. ſed paruuli id eſt. ho

mines māſueti ꝛ ꝑ puritatē albi. Nā pulli
coruoꝝ qꝫdiu hn̄t pilos albos a parentibꝫ re
linquunt. ꝛ tūc eleuantes capita ꝛ aperiētes
roſtra celeſti rore paſcunt. Unde pſ̄. inquit
de deo. Qui dat iumentis eſcam ipſorum: et
pullis coruoꝝ inuocantibꝫ eum. Qn̄ autē ni
greſcere incipiūt a parentibꝫ ſuis nutriūtur.
Et hec dicit gloſa ſup p̄dicta verba pſalmi/
ſte. ¶ Quinto incarnat⁹ eſt vt poteſtatem de/ H
monū coerceret. ros em̄ nocturno tempe ca/ Xps ros
dens venenoſa animalia arcet. ꝛ idō venenū
eoꝝ nō tantū nocet de nocte quantuꝫ de die.
ꝫ m phīm. raro etiam pungūt ſerpētes qꝫdiu
ſtant inter herbas irroratas Sic iſte ros ce
leſtis ad nos veniens maliciā demonis refre
nauit. Unde ipſi filio dei dicitur Iſaie.xxvj
Ros lucis ros tuus: ꝛ terrā gigantiū. id eſt.
ſuperboꝝ demonum detrahes in ruinam.
¶ Notandū ſcḋo ꝙ ros generatur ī medio ae/ I
ris interſticio: a tempe calido ꝛ tempate
frigido. ¶ Tria aūt ſunt interſticia. ſ. celum
mūdus: ꝛ infernus. xp̄i igit incarnatio non
eſt effecta in ſupremo interſticio. id eſt ī celo.
qꝛ angelicā naturā nō aſſumpſit. Unde ad
Heb.ij. inq̄t aplūs. Nuſqꝫ em̄ angelos ap/ De nō ē
p̄hendit. Nō etiā eſt facta in inferno. qꝛ de/ icarnat⁹ ī
mones nō redemit nec eis pepercit. Jux illō celo nec ī
ij. Petri.j. Deus angelis peccātibꝫ nō pepe iferno: ſz
cit: ſed facta eſt ī medio interſticio. i. in mūdo ī medio
qꝛ naturā humanā aſſumpſit. Juxta illō apo
ſtoli ad Gal.iiij. Miſit de⁹ filiū ſuū factū ex
muliere: factū ſub lege. Iſta aūt roratio. i. fi/
lij dei incarnatio facta fuit ex calido ꝛ frigi/
do. Duo enim induxerūt deū vt homo fierꝫ
ſcꝫ abundātia charitatꝭ ex pte ſui que fuit q̄/
ſi calor. Jux illud ad Roma.v. Commēdat
deus charitatē ſuā in nobis ꝛc̄. ꝛ miſeria ge/
neralis ex pte noſtri q̄ fuit quaſi frig⁹ Unde
pſ̄. inq̄t. Propter miſeriā inopū ꝛ gemituꝫ
paupeꝝ nunc exurgā dicit domin⁹. In h̄ au/
tem fuit diſſimilitudo inter naturalē rorationem:
ꝛ iſtā ſupernaturalē. ſcꝫ dei incarnatio/
nem. quia in naturali eſt tempatus calor et
temperatū frigus. In hac autē ſupernatura/
li fuit nimius calor amoris. Juxta illud ad
Eph.ij. Deus qui diues eſt in miſericordia
ꝓpter nimiā charitatē ſuam qua dilexit nos
cum eſſemus mortui peccato viuificauit noſ
in chriſto. Item fuit nimiū frigus lāguoris
Juxta illud pſ̄. Omnes declinauerunt: ſimꝉ
inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum
non eſt vſqꝫ ad vnum. ¶ Iſte autem ros cele
ſtis deſcendit in beata virgine: que facta eſt K
inſtar conche marine que ex rore celeſti ge/

nerat margaritã. Nã ſic dicit Iſidorus ĩ li/
bro ethimol'. Concha marina certo tempore
ſe aperit ⁊ rorẽ celeſtẽ recipit. ⁊ ſic margaritã
inter ſua viſcera gignit. Sic ꝟgo beata ani/
mũ ſuum conſentiẽdo aperuit quãdo dixit.
Ecce ancilla dñi. ⁊ tunc ros ſpiritusſancti ĩ
eam deſcedit: ⁊ ſic filiũ dei generauit. Et hãc
apertionẽ beatiſſime virginis ⁊ deſcenſuz ſpi
ritusſancti in eã ac ſaluatoris incarnatiõem
ex ea: petebat ꝓpheta Iſaias in ꝟbis palle/
garis dicẽs. Rorate celi ⁊c. Hec etiã ꝟgo be/
nedicta fecundata fuit ad inſtar terre: q̃ ro/
re celeſti ꝑfuſa: generat viridẽ herbam. Iu
xta illud Deut. xxxij. Fluat vt ros eloquiuz
meũ quaſi ſtille ſuper germen. Et ideo canit
eccl'ia de chriſto dicẽs. Deſcẽdit in vterũ vir/
L ginis quaſi ros ſuper germen. ¶ Fuit etiã be/
Maria vellus ata virgo ad inſtar velleris gedeonis quod
rore impletũ fuit ⁊ deinde rorauit areã ⁊ im/
pleuit conchã. vt habetur Iudicũ. vj. Iſtud
enim vellus figurauit vterum beatiſſime ꝟ/
ginis in quo deſcendit plenitudo roris: id eſt
totius diuinitatis. Ex qua plenitudine con
cha: id eſt oĩs eccleſia repleta eſt. Vñ Ber
nardus in quodã ſermone inquit. Rigatu/
rus areã dominꝰ celeſti rore: totũ vellus pri/
us infudit. redempturꝰ eñ genus humanuz
vniuerſum preciũ contulit in Maria. De q̃
dici poteſt illud Prouerb. xix. Sicut ros ſu
per herbã: ſic ⁊ hilaritas regine. Tunc enim
rex celeſtis iſti regine arriſit quando de celo
ſicut ros in eius vterũ deſcendit: ⁊ eaz velut
herbam bonã fructificare fecit. Unde ipa di
cere poteſt illud Iob. xxix. Ros morabitur ĩ
M meſſione mea. ¶ De ipſa etiã exponi poteſt il
Caſtruz Maria lud Exodi. xvj. Suaue quoqꝫ ros iacuit ꝑ
circuitum caſtrorũ. Caſtrum eñ dei fuit bea
te virginis animus: qui ita vallatus fuit et
munitus ꝙ nunq̃ʒ potuit ingredi inimicus.
Caſtra etiã dei dici poſſunt eiuſdẽ matris dei
viſcera in quibus diuina maieſtas ad habi/
tandum de celo deſcendit. Unde canit eccl'ia.
Caſte parentis viſcera: celeſtis intrat gratia
venter puelle baiulat ſecreta que non noue/
rat. Dicta ſunt enim caſtra ab obſeruatione
caſtitatis: quã obſeruabãt milites antiqui.
vt ait q̃dam gloſa in. l. qui cum vno. ff. de re
mili. Caſtra etiã aliquando exponũtur id eſt
hoſpitia. vt. C. de metatis. l. omnes. in prin/
cipio lib. xj. Proprie vero dicuntur loca in q̃
bus eſt exercitus ad pugnã. vt in. l. qui mit/
tuntur. §. fi. ff. ex quibus cauſis maio. Et io
beate virginis viſcera in quibus hoſpitatꝰ
eſt ſterit nouẽ mẽſibus dominus exercituum
fortis ⁊ potẽs in ꝓlio: merito caſtra appella/
ri poſſunt. In iſtis ergo caſtris: id eſt: caſtis N
viſceribus intemerate virginis genitus eſt
ros celeſtis: id eſt dei filius. de quo pater eius
eternus ĩquit Iob. xxxviij. Quis genuit ſtil
las roris: quaſi diceret niſi ego. De deſcenſu
quoqꝫ iſtius roris celeſtis exponi poteſt illud
pſ. cxxxij. Sicut ros hermon qui deſcendit ĩ
montẽ ſyon. Ipſe etiã dei filius volẽs intrare
virginis vterũ dicebat illud Canticorũ. v.
Aperi mihi amica mea: columba mea: imma
culata mea: quia caput meum plenũ eſt rore
Hic ĝ ros ſuauiſſimus in ſacrario vteri vir
ginalis nouẽ mẽſibus requieuit: ſicut ipſe ꝑ
dixerat Iſa. xviij. vbi dicit. Hec dicit domi/
nus. ego quieſcam in loco meo ſicut nubes ro
ris in die meſſis. ¶ Sexto principalit' incar
natus eſt filius dei vt mũdum per peccatũ te
nebroſum illuminaret. Vñ verificatũ eſt il/
lud Iſa. ix. Populus qui ſedebat in tenebris
vidit lucẽ magnã: ambulantibus in regione
vmbre mortis: lux orta eſt eis. Erãt enim ho
mines in tenebris ignorãtie obcecati ⁊ facti
ſicut beſtie. Iuxta illud pſ. xlviij. Homo cũ
in honore eſſet nõ intellexit: comparatus eſt
iumẽtis inſipiẽtibus ⁊ ſimilis factus eſt ill'.
Et in ſignũ huius fecit deus primis parenti
bus poſt peccatũ tunicas pelliceas que facte
erant de pellibus animaliũ in ſignũ ſue igno
rantie beſtialis. Beata aũt virgo eis genera
uit eum qui dicit Ioh. viij. Ego ſum lux mũ
di. De quo Ioh. j. dicitur. Erat lux vera q̃
illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hũc mũ/
dum. ¶ Septimo incarnatus eſt vt mũduz
in dominio diaboli poſitũ a ſeruitute eius li O
beraret. Añ aduẽtum nãqꝫ ſaluatoris noſtri
diabolus erat vt mũdi dominus ⁊ princeps
c. pudor. xxxij. q. ij. Nõ erat aũt poteſtas ſu/
per terram que compareť ei: qui factus eſt vt
nullũ timeret. Iob. xlj. Venit ergo leo de tri
bu iuda vt contra illũ dimicaret ⁊ humanũ
genus de manibus eius eriperet: ⁊ ipſum de
mũdi dominio eijceret. Unde ipſe dominus
dicebat Ioh. xij. Nũc princeps mũdi huius
eijcietur foras. ¶ Octauo incarnatus eſt vt
nos ſuos peccati (iuxta ea que habentur ad
Roma. viij. ⁊ ij. q. vij. c. quid ergo) ad liber/
tatẽ innocẽtie perduceret: ⁊ de vituperio ⁊ ig/
nobilitate viciorũ: virtutũ nobilitate inſig/
niret: ⁊ nos iniuſtos ⁊ ſceleratos ꝑ paſſionẽ
⁊ mortẽ ſuam deo patri reconciliaret. Unde
Hieronymus ſuper Amos prophetã inquit
Per filiũ virginis de ſeruis facti ſumus libe
ri: de ignobilibus nobiles: de peccatoribus

ſuſti.quia ſatiſfecit ꝑ nobis q̄ eram⁹ debito/
res mortis. Dicam⁹ ḡ oms ſaluatori noſtro
O dn̄e Jh̄u. O redēptor nr̄. O fili dei bn̄di
cte ecce nos ſuos tuos eē ꝯfitemur cuꝫ illa q̄
angelo rn̄dit q̄ ei icarnatōem tuā nūciauerat
Ecce ācilla dn̄i fiat mihi ſm ỽbū tuū. Qui/
bus ỽbis ianue celeſtis hieruſalē aperte ſunt
nobis.i quas itroduci mereamur ipſius bn̄/
dicte virgis itercessiōe: ⁊ tecum ac cum illa re
gnare i ſecula ſeculorum Amē.

¶ De eadē ſacratiſſima filij dei icarnatōe
Sermo .v.

Vas admirabi
le opus excelſi. Ecci .xliij. Jlle
dicit̄ eē artifex ſapiēs ⁊ bonus.
qui nō ſoluꝫ ſcit vas de nouo fa
bricare: ſꝫ etiā ſcit deſtructū i meli⁹ reparare
Nam ſubtilitas artis: ꝑ opa difficiliora co/
gnoſcitur. Difficili⁹ eſt aūt vas cōfractuꝫ re
parare q̄ꝫ nouū facere. ⁊ iō inquit imꝑator i
l.j.§.cūq̄ꝫ.C.de vete.iu.enuc. ꝙ laudabilior ē
is qui factum ſubtilit̄ emēdat eo qui ꝑus ad
inuenit. facit etiā ad predicta ꝙ facilius ē ali
quid de nouo acquirere q̄ꝫ ꝑditum recuꝑare.
c.ſunt qui arbitrātur. ⁊ ibi glo. de peni. diſ. j.
⁊.c. reperiūtur de peni. diſ. iij. ¶ Deus igit̄

De⁹ ho/ minē tā/ q̄ꝫ vas cō fractū re parauit.

eſt optimus artifex. nam vniuerſum mūdū
ex nihilo fabricauit velut vas bonum. Gen.
j. Et vas deſtructū. ſcꝫ hoiem i melius repa/
rauit. Jn hoc em̄ vaſe depicta erat imago dei
quod vas primi parētes icaute ſuātes ꝯfre/
gerūt. quia mutauerūt gl'iam icorruptibilis
dei ⁊c. ad Roma. j. Jgit̄ pro reparatiōe hu/
ius vaſis plorauit genus hūanum q̄nq̄ꝫ mi/
libus ānis ⁊ vltra: dicēs cum ps. Fact⁹ ſum
velut vas ꝑditum. Tādem audiuit de⁹ pat̄
eius clamorē: ⁊ miſit ſapientiſſimū artificeꝫ
ſcꝫ ſpiritūſanctū. de quo dicit̄ Sap. j. Nim
em̄ eſt artifex qui poteſt facere mundū de im/
mundo cōceptū ſemine. Job. xiiij. Et opatōe
iſtius artificis filius dei incarnat⁹ iſtud vas
reparauit in virgine glorioſa ꝑcioſius q̄ꝫ ꝑ/
us. Quod figuratū fuit Hieremie. xviij. vbi
dictum eſt Hiere. Deſcende in domū figuli
qui deſcendit: ⁊ vidit fieri vas quoddā lute/
um. ſed vas illud totū contritū eſt. Deinde
de ipſa maſſa aſſumpta fecit̄ figulus vas op/
timū queādmodū ipſe voluit. quo facto: de
dit illud Hieremie: in ſignū ꝙ deus eque re/
pararet hieruſalē ꝯſtructā vt figul⁹ vas illō
Spūaliter em̄ ꝑ primū vas intelligitūr pri
ma mulier quā diabolus tentās totaꝫ adeo
contriuit ꝙ nō remāſit in ea nec in ſuis poſte
ris tantū integritatis vt poſſet reponi ſcintil
la diuine gratie in ea. Fecit ḡ deus de eadem
maſſa humani generis aliud vas admirabi
le ſic̄ dicūt verba propoſita. ſ. beatam virginē
Mariaꝫ. ꝑ cuius conceptū vas illud huma
ni generis deſtructū reparauit: ⁊ ſupernā hie
ruſalem in repletione angelice ruine ꝑ filiū
ſuum reſtaurauit. ita ꝙ felicius eſt quod per
ipam virginē lucrati ſumus q̄ꝫ qđ ꝑ Euam
ꝑdidimus. Unde illi Chryſoſtomus ſuper
Miſſus eſt inquit. Aue gratia plena: vltra
iam nō diabolus aduerſum te. vbi em̄ ꝑmus
vulnerauit bellator: ibi ſummus medic⁹ anti
dotū ꝑ mulierē poſuit. Per mulierē decurrit
fallacia. ꝑ mulierē emanāt meliora. Non ve
rearis culpatā ꝯdemnationē. Mater em̄ il
lius qui ꝯdemnauit efficieris. Aue aīmatuꝫ
templū dei celi terreq̄ꝫ dn̄a. Hec ille. Et Gre
gori⁹ nazanzen⁹ ſup Auē. dic. Tabulas nr̄e
nature quas culpa ꝯfregerat denuo verus le
giſlator de terra noſtra ſibi dolauit abſq̄ꝫ cō/
cubitu: diuinitatis ſue corp⁹ ſuſceptibile cre/
ans quod diuin⁹ digit⁹ ſculpſit. ſ. ſpūſſanct⁹
ſuꝑueniet in virgine. De hac igit̄ reꝑatione
in vtero virginis facta: tres conſideratiōes
faciemus.
Prima dicetur aſſumptionis.
Secūda reparationis.
Tertia ỽo opationis
¶ Pars prima hui⁹ ſermonis que dicitur
aſſumptionis.

Jnquit Auguſtinus in libro de vera
innocētia. c. lxiij. Diuinitas verbi
equalis patri facta eſt ꝑnceps mor/
talitatis noſtre. nō de ſuo: ſed de noſtro accipi
ens vt ⁊ nos efficeremur participes diuini/
tatis ei⁹ nō de noſtro: ſꝫ de ipſius dono. Hec
ille. Hoc aūt fuiſſet congruum. ſ. deū huma/
nam carnē aſſumere probari poteſt vltra di/
cta in ſuꝑiori ſermone multis rationibus. vt
elicitur ex dictis Alexandri de ales in. iij. ꝑte
ſumme in tractatu de cōuenientia incarnati/
onis. ⁊ Richar. ac beati Bonauē. in. iij. diſ.
j. ar. ij. q. j. ⁊ ſancti Thome in. iij. parte ſum
me. q. j. ar. vj. Et primo ratione oſtenſionis
diuine potētie. Nunq̄ꝫ em̄ potētia ꝑfecte oſ̄
ditur niſi effectus virtuti cauſe coequet̄. Cū
igitur potentia dei ſit infinita perfecte nō oſ̄
ditur niſi in actu infinito. Omne auteꝫ qđ
creatū eſt finitatē habet. Ergo congruū fuit
deum incarnari vt oſtenderet infinitā poten
tiam ſuā in coniunctione tam diſtantiuꝫ. ſcꝫ
creatoris ⁊ creature. Magna enim oſtenſa

De⁹ ho/ minē aſ/ ſumeī de buit

fuit eius pōtentia in ꝯiunctiōe diſpariū ele/
mentoꝝ vtiqꝫ cōtrariaꝝ qualitatū i vno cor
pore ⁊ in tāta cōcordia ⁊ equalitate: ſicut fuit
in corpe Ade ante lapſum. Maior autē fuit
oſtenſio potentie ſue in ꝯiunctione illorū ad
ſpiritū humanū. Maxima ꝟo in cōiunctio
ne vtriuſqꝫ .ſ. corporis ⁊ anime ad ſpiritū in
creatum. inter que eſt maxime diſparitas et
diſtantia. De qua cōiunctione loquit̾ Ber.
in ſermone de natiuitate dñi. Talia opa fec̄ il
la omnipotens maieſtas in aſſumptōne no/
ſtre carnis: ita mirabiliter ſinglaria ⁊ ſingu/
lariter mirabilia: vt talia nec faciēda ampli/
us ſup terrā. verbuꝫ q̇ppe ⁊ anima ⁊ caro in
vnā cōuenere pſonam. ⁊ tria vnū ſunt: nō cō
fuſione ſubſtātie ſed vnitate pſone. Hec ille
Opus ergo incarnationis diuine fuit oſten
ſiuus infinite ꝟtutis eius ⁊ potentie ſ̄m Da
maſcenū li. iij. c. j. Nihil em̄ mai⁹ qꝫ creatorē
*Declaratur dei ſapientia* fieri creaturā. ¶ Scd̄a ratio dr̄ declaratiōis
ſumme ſapiētie diuine. Sapiētis enim ſ̄m
phm̄. j. metaphiſ. eſt ordinare. Ordo autē
vt ait Auguſtin⁹. xix. de ciui. dei. eſt pariū diſ
pariūqꝫ reꝝ vnicuiqꝫ locū ſuū tribuēs diſpo/
ſitio. Accipit̾ aūt hic locus nō ꝓprie ſꝫ ꝓ con
gruentia. ꝓ dignitate. ꝓ gradu vniuſcuiuſqꝫ
Ergo ad manifeſtandā ſummā ſapiam dei:
congruū fuit ſummā fieri ordinatiōem. que
enim a deo ſunt: ordinata ſunt. ad Rom. xiij
Ordinatio aūt ſumma in creatura eſt dum
iuxta omnē poſſibilē modū reducit̾ in ſuum
fontē quo vnitur ſuo principio. Hoc autem
nō poteſt fieri niſi illi vniatur perſonaliter.
Quacūqꝫ em̄ alia data: hec maior eſt ⁊ pſtan
tior. In hac ḡ oſtenſione oſtēdit deus ſuaꝫ in
finitam ſapientiā. Unde Bern̄. in quadam
epl̄a inquit. Nemo nouit hominū nec noſce
re poteſt ad plenū: q̇d boni ad grām: quid de
coris ad gloriā: quid cōmodi ad ſalutē peneſ
ſeipſam cōtineat hui⁹ venerandi myſterij .ſ.
humane redemptōis inſcrutabilis altitudo
*Attrahitur hō* Hec ille. ¶ Tertia ratio dr̄ attractionis. q̇a
enim homo naturaliter attrahit̾ ad viſibilia
⁊ illis afficit̾. Ideo ꝯueniēs fuit vt deus ꝑ aſ
ſumptionē humane nature viſibilis fieret: vt
ex viſibili eius humanitate ad cognitionem
⁊ amorē eius diuinitatꝭ inuiſibilis hoīes
traherent̾. Et iō Aug⁹. ꝯtra eos qui querūt
vtrū deus potuerit aliter humanū genus re/
dimere qꝫ ꝑ incarnationē ſuā. dic̄ in libro de
agone xpiano. Poterat quidē ſꝫ ſi aliter face
ret: ſi̾r noſtre ſtulticie diſpliceret. Si em̄ nō
appareret oculis pctoꝝ: lumen eis vtiqꝫ eter
num qđ ꝑ interiores oculos videt̾: inq̄natis
mentib⁹ videre nō poſſent. Iō aūt nos viſi/
biliter ꝯmonere dignat⁹ eſt vt ad inuiſibilia
ꝑpararet. Hec ille. ¶ Quarta rō dr̄ demōſtra
*Demonſtrat̾ dei bonitas.* tionis infinite bonitati diuie. De⁹ em̄ cuꝫ ſit
ſumme ⁊ infinite bon⁹ q̄ nihil meli⁹ cogitari
valet ſ̄m Anſel. in lib. monologion. debuit ſe
ſumme diffundere pn̄te creatura: q2 ſicut de
natura boni ē ſe diffundere i alios. vt dictū ē
ſup̄ in ſ̄mone pcedēti. ita de natura ſūmi boni
eſt ſe ſūme diffundere. q2 vnūq̇dqꝫ nitit̾ na/
tura ſibi ꝓpria. j. metaph̄. ſꝫ nō ſe ſūme diffū
deret pn̄te creatura niſi hūane nature vnire
tur. ḡ ⁊c̄. Licet em̄ de⁹ pr̄ ſe diffuderit pleniſ
ſime i filiū ꝑ generatōem ⁊ pr̄ ⁊ fili⁹ in ſpūm
ſanctū ꝑ ſpiratiōꝫ. tn̄ hec diffuſio facta ē cre/
atura nō pn̄te. ⁊ etiā ſi nūqꝫ facta fuiſſet aliq̄
creatura. vn̄ ſi ſummū bonū nō ſe ſūme dif/
fundiſſet creatura pn̄te: fuiſſꝫ cogitare maio
rē diffuſionē. ⁊ cū maior diffuſio maiorē ar/
guat bonitatē: fuiſſet etiā cogitare maius bo
nū ipo deo qđ ē impoſſibile eē. Ad demōſtrā/
dā ḡ ſummā bonitatē ſuā ipi creature decuit
deū incarnari. vn̄ Iob. iij. dr̄. Sic de⁹ dilexit
mundū vt filiū ſuū vnigenitū daret. ¶ Qui
*Corroborat̾ ſpes hominiſ* ta rō dr̄ corroboratiōis. ſ̄m em̄ Rich. vbi .ſ.
ꝑ incarnatiōꝫ filij dei corroborata ē ſpes nr̄a:
vt deo poſſim⁹ ꝯiugi ꝑclarā beatā viſioneꝫ ⁊
ꝑfectā fruitiōꝫ. Un̄ Aug. xiij. de trini. c. xix. in
quit. ꝙ ſi natura fili⁹ dei miſcd̄ia fact⁹ eſt fili⁹
hoīs ꝓpter filios hoīm. qꝫto credibili⁹ eſt na
tura filios hoīm grāe fieri filios dei. Et iſte om
nes generatōes locū hn̄t ſi hō nō peccaſſꝫ. ⁊
ꝓbāt ꝙ de⁹ humanā carnē aſſumpſiſſet. ꝓpt̄
pctm̄ aūt carnē mortalē aſſumpſit vt ꝑ hoīe
ſatiſfaceret: ⁊ ꝯtra hoſtē illi⁹ diabolū decerta
ret. Et h̄ eſt qđ Aug⁹. in li. cur q̄n ⁊ quō de⁹.
c. vj. ꝯcludēdo dic̄. Subtiliter ḡ ſubtilē ini
micū de⁹ expugnare voluit: ⁊ q̄ſi ſb̄ eſca hūa/
nitatis hamū celauit diuinitatꝭ. q̄ten⁹ ille q̄
oēm carnē q̄ſi merito inuaſerat: carnē inueni
ret q̄ ſibi ꝑrſus nil deberet: quā dū illicite con
tingeret merito eā quā q̇dammō licite poſſi
debat amitteret. Sic q̇ppe hoſtis antiquus
deludēd⁹ erat vt q̇ hoīem deluſerat ꝑ hoīeꝫ deū
deluſus ⁊ ipe fieret. ⁊ ſic̄ icautū hoīeꝫ callide
ſibi ſubiecerat. ita ꝑ hoīem cautū nō callide:
ſed ſapient̾ ſubijceret̾. Hec ille. ¶ Magꝭ au/
*Nō debuit angelicā naturam aſſumere* tem ꝯgruū fuit deū aſſumere naturā hūanaꝫ
qꝫ angelicā vel alterius creature. quod ꝓbat̾
ſ̄m ſanctū Bonauenturā in. iij. diſt. ij. ar. j.
q. ij. ⁊ beatum Thomā in eadē diſtinctione.
arti. j. Et Alexandrū de ales vbi ſupra. ⁊ Ri
chardum de media villa. in iij. di. ij. arti. j. q.
ij. Et primo ratiōe ꝑſonalis diſtinctionis

ſic Licet em̄ etiā in angelis reperiat̄ perſona
litas ſicut in homine.quia angelus eſt pſona
vt dicitur in.ij.ſniaꝝ.diſ.iij.tamē magna eſt
differētia inter hominē ⁊ angelū in hoc ꝙ in
humana natura eſt pſonalitas ſm originē.⁊
in angelica nō. Una em̄ pſona humana ori
ginatur ab alia:q꞉ filius eſt a patre.qđ ita n̄
eſt reperire in angelis. Unus em̄ angelꝰ nō
eſt ab alio:ſed oīs ſimul creati ſunt. Et hec
habentur a magiſtro vbi ſupra:⁊ ideo magiſ
congruebat ꝙ deus aſſumeret eā naturam i
qua eſſet talis diſtinctio ſm originē ſicut eſt i
V diuinis pſonis tanq̄ꝫ magis cōforme diſtin
ctioni earum. ¶ Secūda ratio dicitur exē/
plaris repſentationis. Homo enim magis
expſſe repſentat deum q̄ꝫ angelus:rōne cuius
dicit̄ microcoſmus grece.id eſt minor mun/
dus latine ſm pħm.viij.phiſ. Anima enim
humana ⁊ rationalis nō tm̄ repſentat deum
prout cōſideratur in ſe:ſed etiā inq̄ꝫtū vnit̄
corpori ⁊ illud regit ⁊ in quo toto habitat ſi/
cut deus in maiori mūdo.eſt em̄ tota in toto
⁊ tota in qualibet eius pte ſm Auguſtinū in
vj.de trinitate.qđ qualiter intelligatur expo
ſui in ſecūda pte roſarij ſmonū.ſmone.x.pte
prima. Et iſta ratiōe magis dicit̄ homo fa/
ctus ad imaginē dei q̄ꝫ angelus ſm Alexan.
de ales vbi ſupra.⁊ in.ij.pte ſumme in tracta
tu de angelis.⁊ beatū Bonauenturā in.ij.di.
xvj.ar.ij.q.j. Et ratione huius maioris ſimi
litudinis fuit maior ratio vnibilitatis.quia
omne ſimile appetit ſuum ſimile. Eccli.xiij.
¶ Tertia ratio dicit̄ maioris compoſitionis
homo em̄ compoſitꝰ eſt ex natura corporali ⁊
ſpirituali ⁊ qđammodo cōmunicat cū oīmi
creatura:vt dictū eſt ſupra ſmone precedēti.
parte pma. Hinc eſt ꝙ cū homo aſſumitur ⁊
deificat̄:qđammodo oīmis creatura in eo ex/
altatur dū ſuo ſimili deus vnit̄. Et ideo aſſū
ptio humane nature magis facit ad pfectio/
nem vniuerſi q̄ꝫ aſſumptio angelice:quia in
homine maior eſt cōmunitas cū oīmi creatu/
ra q̄ꝫ in angelo. Congruū etiā fuit vt carneꝫ
aſſumeret noſtri generis ſm beatū Bonauē
turā in.iij.diſ.xij.ar.j.q.ij.⁊ Rich. in eadeꝫ
diſ.⁊ Alex.in.iij.pte ſumme i tractatu de cō
ueniētia incarnatiōis. Et pbari poteſt mul/
tis rationibꝫ habēdo reſpectū ad peccatum.
Et pma dicit̄ cōſeruatiōis diuīe iuſticie.vt
videlicet eiuſdē generis eſſꝫ puaricator ⁊ ſa/
tiſfactor. Nam ſi alterꝰ generis eſſet:non at
tribueretur eidē generi ſatiſfactio cui ⁊ offen
ſio.ac p hoc nō recte ſeruaret̄ iuſticie rectitu/
do qui ab illo genere requirit emēdaꝫ i quo

Hō ma/
gis repn̄
tat deum
q̄ꝫ angelꝰ

Xpus de
buit aſſu
mere car
nem nr̄i
generis

reperit pcedentē offenſam.l.ſancimus.C.de
penis.⁊.l.ſi pena.ff.eo.ti.⁊.l.ob maritorum.
C.ne vxor pro mari.⁊.c.romana.de ſen.excō.
lib.vj.cū ſi. Un̄ Anſelmꝰ in libro cur deus
homo:dicit. Si nouū hominē facit nō ex ge
nere Ade:nō ptinebit ad genus humanum
quare nō debuit ſatiſfacere p eo qui nō venit
de illo.ſꝫ ſicut iuſtū eſt vt p culpa homis hō
ſatiſfaciat.ita iuſtū eſt vt ille qui ſatiſfecit ſit
idē aut eiuſdē generis cū eo q̄ fecit peccatuꝫ
aliter nec Adā nec aliq̄s ſatiſfacere p ſe po/
tuiſſet. ¶ Secunda ratio dicit̄ indicationis X
diuine dulcedinis ⁊ miſericordie.vt videli/
cet deus qui ab homine cōtemptus fuerat tā
q̄ꝫ ab aduerſario ⁊ inimico:ipſe idem generi
humano vniret̄ in chriſto in vnitate ſuppo/
ſiti.in hoc em̄ manifeſtat̄ mira dei cōdeſcēſio
qui voluit ſibi cōiungere p indiſſolubile vin
culum humanū genus ſibi inimicuꝫ. Iuxta
illud ad Romanos.v. Cōmendat aūt deus
charitatē ſuā in nobis:quia cum inimici eſſe
mus recōciliati ſumus deo p morteꝫ filij ſui.
¶ Tertia ratio dicit̄ diuine ſapiētie determi/ Y
nationis que nullo poteſt infringi vicio. De
creuerat em̄ deus ⁊ ordinauerat vt totū hu/
manū genus multiplicaret̄ ex vno propter
repreſentatiōem illius vniuerſalis principij
quod eſt deus. Hoc aūt p peccatū infringi n̄
debuit.⁊ ideo mediator dei ⁊ hominū chriſtꝰ
homo verus nō aliūde:ſed de maſſa totiꝰ ge/
neris humani debuit formari. Un̄ apoſtolꝰ
ad Heb.ij.ait. Qui ſanctificat ⁊ qui ſanctifi
catur ex vno oēs.ſꝫ chriſtus eſt qui ſancti/
ficat. Qui xo ſanctificatur eſt humanuꝫ ge/
nus.ergo apparet ꝙ chriſtus debuit eſſe đ ge
nere humano. ¶ Notādum quoq̄ꝫ ꝙ nō fuit
cōgruum ꝙ chriſtꝰ aſſumeret ipm hominē
primum ſcꝫ Adā:ſm Alexandrū de ales vbi
ſupra ⁊ ſanctū Bonauēturā iteꝫ vbi ſupra.
q.ij.⁊ hoc triplici reſpectu. Primo enim nō
cōueniebat reſpectu oīum creatoris.vt vide/
licet perſona chriſti hominē aſſumeret ptō/
rem cū ipſe i forma aſſumpta deberet peccato
res iudicare:⁊ nullatenꝰ de peccato argui poſ
ſe.nec ſm naturā aſſumētem nec ſm naturaꝫ
aſſumptā.ſm quas naturas cōpetit ei iudi/
ciaria poteſtas. Unde ipſe dicebat Ioh.viij
Quis ex vobis arguet me de peccato? Sed
ſi chriſtus aſſumpſiſſet Adam:ſequeretur ꝙ
proprietates que conueniunt Ade:conueni
rent chriſto homini.igitur eſſet dicere de ipo
ſicut de Adam ꝙ peccauit. Sed ipſe eſt de/
us.⁊ proprietates que conueniūt illi homi/
Ade maſcul⁹ peccato ꝛ miſerijs ac multis ca
lamitatibꝫ ꝛ morti ꝑpt̄ eum ſubdit⁹. Femia
ꝟo naſcens plorādo profert E.quaſi dicat.
Femina ſum Eue filiꝰ:cui⁹ miſerijs ꝛ male/
dictis ſubijcior. Sed quia adā ꝛ eua cum fi
lijs ꝛ filiabꝫ ſuis ab eis mortificatis viuificā
tur ꝑ ꝟginē matrē.qd̄ ſignificat̄ ꝑ v:q̄ ē me/
dia int̄ A ꝛ E. Ipa em̄ ꝟgo fuit mediatrix ꝛ
genitrix vite:iō illi dixit angel⁹ Aue.q̄ſi di/
cat. Tu es illa que viuificabis adam ꝛ euaꝫ
cū poſteris ſuis. Sciēdū etiā ꝙ lr̄e hui⁹ di/
ctōis Aue ꝯrio mō ſe habēt litterꝫ hui⁹ nois
Eua.ꝛ ideo dixit angelus beate ꝟgini:Aue.
q̄ſi diceret. Tu in totū ꝯtraria es Eue.ideo
ſalutādo tibi dicim⁹ aue. Et hoc eſt qd̄ canit
eccl'ia dicēs. Sumēs illud aue gabrielis ore
funda nos i pace mutās nomē eue. Ipſa em̄
eua ſuos filios fecit inimicos dei.beata autē
ꝟgo nos pacificauit deo. Eua ſupbiuit ꝯtra
dn̄m volēs ēē ſiſ'is deo:maria ſe ꝓfundiſſime
hūiliauit vocās ſe nō matrē dn̄i (ſicut erat)
ſꝫ ancillā ei⁹. Eua corꝑalis mr̄ cūctoꝝ viuen
tiū ſpūal' eoꝝ interfectrix fuit a deo ml'tiplici
ter maledicta:maria ſpūalis mater oīm ſal/
uandoꝝ ipoꝝ viuificatrix fuit a deo benedi/
ctiōibꝫ repleta. De hoc aūt inq̄t ſctūs Ma/
ximus in quodā ſer. Eua poſteros ex ſua car
ne naſcētes tranſtulit ad inferos:benedicta
ꝟgo ex ſua prole natos dirigit ad celos. Ex
carne eue nati dicunt̄ filij hoiꝫ:ex carne ma/
rie filij renati dicunt̄ filij dei. Cedat ḡ nūc im
ꝓpiū eue:q: vniūſi ſum⁹ leti ꝑ partū beate
ꝟginis marie. Et vitā quā deſtruxerat Eua
repat virgo maria. Hec ille. Et ideo dixit ei
angel⁹ Aue:qd̄ eſt oppoſitū de eua. Sciēdū
q̄ꝫ ꝙ lr̄a a expſſa voce format̄ i gutture:et in
gutture cōit' hebrea locutio format̄. V ꝓnū/
ciat̄ in labijs ea acuēdo.ꝛ latin⁹ in labijs qd̄
ām̄odo loquit̄ i palato.ꝛ in palato grec⁹ ſua
ꝟba ꝓnūciat. Apte ḡ inq̄t angel⁹ btē ꝟgini.
Aue.quaſi di. Om̄is lingua tam hebrea q̄ꝫ
latina ꝛ greca te laudat:hoc oīs doctrina at/
D teſtat̄ myſteriū. ¶ Sciēdū etiā ꝙ h̄ ꝟbo aue
oñdit̄ ſingularitas marie.ſibi em̄ ꝓprie con
uenit h̄ ꝟbū:qd̄ deriuat̄ ab a qd̄ eſt ſine:ꝛ ve
qd̄ eſt iteriectio dolēris:q̄ſi ſine ve. Ve enim
īportat miſeriā.nl'la aūt pura creatura fuit
ſine ve ſicut btā ꝟgo.vnde inq̄t Albert⁹ ſuꝑ Maria fuit ſine omni ve
Miſſus ē.c.lix.cōcedim⁹ ꝙ beata virgo fuit
diūſimode ſine diuerſis ve. Fuit em̄ ſine ve
cōi oibꝫ hoib⁹:ſine ve ſpeciali ml'ieribꝫ:ꝛ ſine
ve ꝓprie matrib⁹. Ex pte em̄ corꝑis oīs hō ꝑ
pctm̄ incurrit triplex ve.ſ.ipi⁹ corꝑis diſtē/
ꝑationē:ꝛ naturaliū appetituū inordinati
onē. Itē ipſius corꝑis ante mortē ad aīam re
pugnatōꝫ:ſm̄ ꝙ caro ꝯcupiſcit adūſus ſpm̄
ad Gal'.v. Itē poſt mortem corꝑis incinera
tionē.de q̄bꝫ dr̄ Geneſ.iij. Maledicta terra
in ope tuo. In laborib⁹ comedes ex ea cunctꝫ
dieb⁹ vite tue.ſpinas ꝛ tribulos germinabit
tibi.ꝛ cōedes herbas terre. In ſudore vult⁹
tui veſcerꝫ pane tuo donec reūtarꝫ in terrā de
q̄ ſumpt⁹ es.q: puluis es ꝛ i puluerē reūterꝫ
hec ibi. In maledictiōe aūt opeꝝ notat̄ inor/
dinatio appetituū naturaliū. In ſpinis ꝛ tri
bulis ꝯcupiſcētie ꝯ ſpm̄. In labore ꝛ ſudore
corꝑis diſtēꝑatio:ꝑ reūſionē i puluerē inci/
neratio. Primo igit̄ hoi dictū fuit iſtud tri/
plex ve.ſ.maledicta terra in ope tuo.i.corp⁹
de terra factū. In ſudore vult⁹ tui veſcerꝫ pa
ne tuo. Per ſudores aūt ſignificat̄ corp⁹ diſ/
temperatū:cui⁹ humores reſoluunt̄ in ſudo/
rē. Spinas ꝛ tribulos germiābit tibi.ſ.cor/
poris pūctiōes ꝛ prurit⁹ ꝯcupiſcētie ꝯ ſpm̄.
donec reūtaris in terrā de qua ſumpt⁹ es.ſ.ꝑ
incinerationē. Sed ab iſto triplici ve libera
fuit btā ꝟgo:q̄ corp⁹ habuit eucraticū ꝛ cum
ſpū ꝑ oīa pacificū ꝛ nūq̄ꝫ i cineres reſoluēdū
Hec Alber.vbi.ſ. In ea nāq̄ꝫ nō fuit aliqua
iordinatio paſſionū:nec diſtēꝑātia hūoꝝ
vel inordinatio opeꝝ.q: ordinatiſſima fuit ī
oibus:ꝛ nullus etiā ꝓmus mot⁹ ad peccādū
ſeu rebellādū ꝯ ſpm̄ fuit in ipa.vñ dictū fuit
de illa Gen̄.iij. Ipa cōteret caput tuum. Ca
put em̄ ſerpētis antiq̄ ſunt ꝓmi mot⁹ peccati
quibꝫ ipe inſidiat̄ aīe.ſed ꝟgo maria illō cō/
triuit ex toto extinguēs. Itē incinerata poſt
mortē nō fuit:ſꝫ glīficata in corꝑe regnat cū
filio.vñ Aug⁹.in quodā ſmone ait. Putre
do ꝛ vermis ſunt opprobriū humane condi
tiōis.a quo marie excipit̄ natura:quā de ea Triplex error
ieſus aſſumpſiſſe ꝓbat̄. Siſr ex pte aīme tri
plex ve oīs homo incurrit.ſ.erroris:dolorꝫ ꝛ
pudoris. Error aūt eſt triplex.ſ.in eligendo
in diſcernēdo ꝛ i exeq̄ndo. Errare āt eſt aliō
ꝑ alio putare.ſ.falſum ꝑ vero:vl' bonū ꝑ ma
lo.iuxta illud Iſa.liij. Om̄es nos q̄ſi oues
errauim⁹.ſ.ꝑpt̄ pctm̄. Et Aug.in q̄dā ſer.in
q̄t. Error nō eſt natura hois inſtituti ſed pe
na dānati a deo ꝓpter pctm̄. In eligēdo aūt
errāt qui eligūt malū ad operādum ſub ra

tiõe boni:iuxͣ illud ꝓuer.xiiij. Errãt q̃ operã
tur malũ. Tales em̃ eligũt malũ vt bonũ.ſic
luxurioſus eligit delectatiõẽ carnis ꝓ felicita
te ſua. Et cõtra tales electores dr̃ Iſa.v.⁊ in
c.ſi q̃s hoiem.⁊ in c.ſi q̃s dixerit.⁊ i.c.ve vo/
bis.xj.q.iij. Ve q̃ dicitis malũ bonũ ⁊c. In
diſcernẽdo ſo errãt q̃ ad quẽ finẽ operentᷣ ñ
diſcernũt ſʒ pcipitanᷣ agũt q̃ faciũt:ↄ̃ illud
Cathonis documẽtũ. Quicq̃d agis pruden
ter agas ⁊ reſpice finẽ. Oĩa ei denoiantᷣ a fine
ij.de aĩa.⁊.l.ſi is q̃ q̃draginta.§.ſʒ ſi opꝰ.ff.
ad.l.fal.⁊.l.ſtipulatio.§.opus.ff.de no.ope.
nũ.⁊ intẽtio nr̃a opi nr̃o nomẽ iponit:vt ait
Amb.in li.de offi. In exequẽdo aũt errant q̃
nõ operantᷣ ⁊ exequuntᷣ bonũ qđ incepert vel
tarde ex pigricia agũt qđ ratio opandũ de/
creuit. Vt em̃ ait phs in ethic.:opter cõſilia/
E ta velocitᷣ exequi.¶ Ab iſto triplicato ve erro
ris exempta fuit beata ỽgo.qꝛ ꝑmo nõ erra/
uit in eligẽdo. N am optimã partẽ elegit:q̃
nõ auferetᷣ ab ea: Lu.x. Itẽ nõ errauit in di/
ſcernẽdo:qꝛ ſemꝑ opata eſt ↄſilio manuũ ſu
arũ. Prouer.vlti.i.in opibus ſuis conſiliũ
habebat diſcernẽdo debitas circumſtãtias ⁊
optimũ finẽ. Nõ etiã errauit in exeq̃ndo:qꝛ
exurgẽs abijt i mõtana cũ feſtinatõe ⁊c. Lu
ce.j.⁊ ſic in opibus ſuis fuit feruẽs ⁊ velox.
Qꝫ aũt nullũ ve errorꝫ fuerit i ipa ỽgine ꝓ/
bat Alber.vbi.s.intᷣ alia dicẽs. Qꝛ ſine ſpũſ
ſancti cõſilio nihil fecit:ideo ſine ve erroris
fuit. De ve aũt dolorꝫ hr̃ Eccs.ij.vbi dr̃. Cũ
cti dies eiꝰ pleni ſunt laboribꝫ ⁊ erũnis. Sʒ
quõ dicimꝰ de ỽgine ꝙ nõ habuit ve dolorꝫ
cum(vt dicit Damaſcenꝰ)dolores partꝰ fue
runt ei reſeruati in paſſiõe filij: Tũc em̃ ani
mã eius ptrãſiuit gladiꝰ:vt ꝑdixerat ſanctꝰ
ille Simeon Lu.ij.¶ Pro iſtius oppoſitio
nis declaratiõe eſt ſciendũ ſm̃ Alber.vbi ſuꝑ
Sapiẽs ñ turbatᷣ ꝙ ſapiens nõ turbatᷣ:ſicut ꝓbat Seneca ad
ſerenũ hoc modo. Validiꝰ eſt qđ ledit eo q̃d
leditᷣ.⁊ fortior nõ eſt nequicia ỽtute ſed infir
mior. Nõ leditᷣ aũt quis niſi a malis.ḡ non
leditᷣ ſapiẽs. Itẽ ibidẽ dicit. Quicq̃d fit i ſa/
pientẽ petulãter ſuperbe ⁊ ptrerue:tẽptatᷣ fru
ſtra. Itez. Diuinitati nõ nocetᷣ.ſed om̃is ſa
piens pticipatiue deꝰ eſt ḡ ſapiẽti nõ nocetur
Item oĩs iniuria eſt alicuiꝰ rei q̃ pdi poteſt.
ſapiẽs nihil põt perdere.qꝛ cũ oĩa in ſe repo/
ſuerit:nihil credidit fortune:ſed om̃ia bona
ſua habet in ſolido.⁊ ſic nihil fortuna ſibi eri
pere poteſt. Vnđ nulla turbatio cadit in ſa
pientẽ.quia nõ turbatᷣ vl' cõtriſtatᷣ quicq̃d ei
acciderit. Si ergo nulla turbatio cadit i ſa/
pientẽ.cum om̃e ve doloris ſit turbatio:ſeq̃tᷣ

ꝙ in ſapientẽ nõ cadit ve doloris. Sed citra
deũ beata virgo fuit om̃i ſapiẽte ſapiẽtior ⁊
ꝑfecta.ergo in ea nõ fuit ve doloris.qđ itelli
gitur q̃ʒtũ ad rõnẽ.qꝛ dolorẽ ſue rõni domi/
nantẽ nunq̃ʒ habuit:que in oibꝫ ⁊ ſuꝑ om̃es
potẽtias ordinatiſſima fuit:⁊ i qua rõ ſemꝑ
ſuꝑior ⁊ dominãs inferioribꝫ viribꝫ extitit.
vñ quicq̃d doloris ſuſtinuit in corꝑe ſm̃ ſen/
ſualitatẽ:vt in paſſiõe filij:i materiã amorꝫ
⁊ gaudij ſemꝑ totũ ceſſit ſm̃ rõnẽ.⁊ ſic in ea
dolor maximꝰ in paſſione filij ſm̃ ſenſitiuaꝫ
nũq̃ʒ ↄtrariꝰ fuit gaudio rõis qđ habebat ex
cognitiõe qua nouerat ꝙ ex paſſiõe filij ſeq̃/
batᷣ dei honor ex redẽptiõe humani generis.
Sine ve ergo dolorꝫ in rõne fuit.q̃ʒuis aũt
in ceteris ſapiẽtibꝫ ⁊ ꝑfectis viris hoc aliq̃n
fuerit:vt ſcʒ ſm̃ rationẽ nõ habuerint turba
tionẽ vel dolorẽ in adũſis.nõ tñ ita vniuerſa
liter quin aliq̃n turbatꝰ fuerit ⁊ obfuſcatus
oculꝰ rõnis ⁊ ſi nõ excecatꝰ.qđ nõ fuit in btã
ỽgine. Licꝫ etiã i oibꝫ hoibꝫ veniat ve dolo
ris mortꝫ:iuxͣ illđ ps.cxiiij. Circũdedert me
dolores mortꝫ.q̃ ſtᷣ maximi.qꝛ vltimũ terribi
liũ eſt mors.iij.eth.tñ ab h̃ ve btã ỽgo libera
fuit:q̃ in morte a filio viſitata:⁊ ad feliciter de
hac vita migrãdũ iuitata cũ indicibili iocũ/
ditate de hac vita deceſſit. Et tunc verificatũ
fuit illud Cañ.v. Aĩa mea liq̃facta eſt vt di/
lectꝰ locutꝰ ẽ.¶ Tertiũ ve pudorꝫ icurrit hõ F
ꝑ pctm̃.nã de ꝑmis parẽtibꝫ in ſtatu inocẽtie
dr̃ Geñ.ij.ꝙ erãt nudi ambo ⁊ nõ erubeſce/
bãt.ſed poſt peccatũ videntes ſe nudos eru/
buerũt.vñ ꝓpter pudorẽ fecerũt ſibi perizo/
mata ad coopiendũ ſe. Iſtud aũt ve pudorꝫ
trãſiuit in oẽs q̃ faciũt cõfuſione digna:iuxͣ
illud Ps. Tota die verecũdia mea ↄ̃ me eſt
⁊ cõfuſio faciei mee cooꝑuit me. Sʒ ab hoc
ve imunis fuit beata ỽgo.qꝛ nihil turpitu/
dinis vnq̃ʒ geſſit:nec i ſe habuit vl' ſuſtinuit.
¶ Sciẽdũ q̃ʒ ꝙ ex ꝑte cõiũcti.ſ.aĩe ⁊ corꝑis Triplex ve
repitᷣ in humano genere triplex ve.ſ.ve cul/
pe:ignorãtie ⁊ pene. Ve culpe ẽ triplex.ſ.ori/
ginal':actual' mortalis:⁊ venial'. De ꝑmo dr̃
Hierem̃.xv.c. Ve mihi mr̃ mea:qꝛ genuiſti
me viꝝ rixe. Ex ↄceptu em̃ ↄtrahitᷣ pctm̃ ori
ginale:cũ quo naſcitᷣ hõ cũ rixa carnis ⁊ ſpũs
inuicẽ aduerſantibꝫ:vt dicitᷣ ad Gal'.v. Et
ab hoc ve libera fuit btã ỽgo:que (vt patuit
in ꝑma ꝑte huiꝰ opis)cõcepta fuit ſine pctõ
originali.⁊ ideo lʒ omis puer naſcẽs ploret
ſuum miſerabilẽ ſtatũ diceñ. Ha ha.q̃ſi di/
cat. O quãte guai q̃ ex adã ⁊ eua deſcẽdit ex
pectat. Beata tamẽ ỽgo ab hac peccati miſe/
ria imunis de matris vtero ridens exijt.ac ſi

diceꝛe vellet. Sola ridere poſſum q̄ ab oꝛigi
nalis pcı̄ calamitate ſum pſeruata. Ve aũt
culpe moꝛtal' actualis eſt triplex ſm̄ Albertũ
vbi.ſ̄.ſ. ve auaricie in ope: luxurie in coꝛpe: ⁊
ſupbie i coꝛde. Et de iſto triplici ve dꝛ Apoc.
viij. Ve ve ve habitãtibꝫ i terra. Licet ḡ ꝟa
ſit illa ſnīa.j. Joh.ij. Om̄e qđ eſt in mũdo:
aut eſt ꝯcupiſcẽtia carnis: aut cõcupiſcentia
oculoꝝ: aut ſupbia vite. tñ in btā ꝟgine iſta
nõ fuerũt. in qua fuit ſumma liberalitas cõ/
tra auariciã: ſumma caſtitas ꝯtra luxuriã: ⁊
ſumma humilitas ꝯtra ſupbiã: vt poſitũ eſt
in ꝑma parte huiꝰ opis. ¶ Septẽ autẽ ſunt
ve huiꝰ culpe actualis moꝛtalis. de quibꝫ dꝛ
Jſa.j. Ve genti peccatrici: pplo graui iniqui/
tate: ſemini nequã: filijs ſceleratꝫ. dereliq̄ue/
runt deũ: blaſphemauerũt ſanctũ iſrael: ab/
alienati ſunt retroꝛſum. Jn hac aũt auctoꝛi/
tate notant̄ ſeptẽ peccata capitalia. q̄bꝫ debet̄
ve eterne dãnatiõis. a quibꝫ om̄ino btā vir
go imunis fuit. ⁊ ideo bñ dicit̄ ei Aue. i. ſine
aliquo iſtoꝝ ve. Pꝛimũ em̄ eſt viciũ gule: ⁊
huic dedita gẽs dicit̄ peccatrix. quod impoꝛ
tat habitũ ꝑmanẽtẽ. nullũ em̄ viciũ eſt i no/
bis ita ꝑmanẽs vt gula. quod viciũ eſt i ho/
mine quaſi habituatũ ⁊ citius exercet̄. De q̄
peccato dicit̄ Jſa.v. Ve qui ꝯſurgitis mane
ad ebꝛietatẽ ſectandã ⁊ ad potandũ vſqꝫ ad
veſperã. Secũdũ ve eſt peccatũ accidie: que
aggrauat aīaꝫ vt nihil boni agere libeat: vt
inquit Damaſcenꝰ. Et de hoc ve dicit̄ Eccl.
ij. Ve diſſolutis coꝛde. i. negligẽtibꝫ ⁊ coꝛde
tepidis. Tertiũ ve eſt luxuria: que ſemen ne
q̄ter effundit. De quo vicio dicit̄ Amos.vj.
Ve qui opulẽti eſtis in ſyon: qui laſciuitꝫ in
ſtratis veſtris. Quartũ eſt auaricia. cui vi/
cio dediti ſunt filij ſcelerati. quia nihil ſcele/
ſtius auaricia: vt dicit̄ Eccl.x. De quo dicit̄
Abacuc.ij. Ve qui ꝯgregãt auariciã malã
domui ſue. Quintũ eſt ſupbia. quo vicio ho
mines derelinquũt deũ. Et de iſto dꝛ Jſa.xx/
viij. Ve coꝛone ſupbie. Sextũ eſt ira ꝑ quã
hoĩes peſſimi blaſphemãt deũ. De quo vicio
dꝛ Eccl.ij. Ve his q̄ ꝑdiderũt ſuſtinentiã. i.
patiẽtiã victi ab ira. Septimũ eſt inuidia.
cui vicio dediti dicunt̄ alienati retroꝛſũ a deo
Deꝰ em̄ bona ſua cõicat. Cõtra quod facit i/
uidus qui dolet de bono ꝓximi. vñ Oracius
in eplĩs ait. Jnuidꝰ alterꝰ marceſcit rebus
opimis ⁊c̄. De h̄ aũt vicio dꝛ in epl'a Jude
Ve his q̄ abierũt i viã Chayn ⁊ choꝛee. Hi
em̄ ex inuidia moti ſũt. pꝛimꝰ ꝯ̄ Abel: ſecun
dus ꝯ̄ moyſen. Ab oībus aũt ꝑdictis ve liba
fuit totalr̄ btā ꝟgo q̄ nullũ vnq̄ꝫ pctm̄ cõmi/
ſit dicẽte Aug. i li. de natu. ⁊ grã. Cũ de pctis
agit̄ nullã ꝓrſus de btā ꝟgine volo hr̄e q̄ſtio/
nẽ. Scimꝰ em̄ ꝙ plꝰ grẽ ei donatũ fuit ad vi
cendũ ex oi pte pctm̄: q̄ cõcipe ⁊ ꝑere meruit
quẽ cõſtat nullũ habuiſſe pctm̄. Fuit em̄ cã/
doꝛ lucis eterne ⁊ ſpeculũ ſine macl'a. Sap.
vij. De ve aũt pcı̄ venialis cui debet̄ ſi h̄ nõ
purget̄ pena purgatoꝛij: itelligi pt̄ illđ Mi/
chee.ij. Ve vobis q̄ cogitatis iutile. nã cogi/
tatiões iutiles cõiter ſunt pctã venialia: a q̄/
bus etiã pfecti nõ abſtinẽt: iux̄ illđ Pꝛouer/
bioꝝ.xxiiij. Septies in die cadit iuſtꝰ. trãſ/
ſumptiue in. c. ſepties. de pe. di. iij. Hoc autẽ
ve nõ fuit in ipa ꝟgie: q̄ nunq̄ꝫ habuit aliq̄d
pctm̄ etiã veniale: vt inq̄t ſanctꝰ Bona.i.iij.
di.iij. Ve ignoꝛãtie etiã eſt in hoibꝫ. Neſcit
em̄ homo finẽ ſuuꝫ: ⁊ ignoꝛat vtꝝ amoꝛe an
odio dignꝰ ſit: Eccs.ix. Jgnoꝛamꝰ nãqꝫ diẽ
moꝛtꝫ nr̄e ⁊ quo ꝑgemꝰ. ſ. ad penã vel gloꝛiã:
⁊ an ſimꝰ in grã dei. Sꝫ btā ꝟgo ab iſto ve fu
it imunis: qꝛ certa erat nõ ſolũ ꝙ grãꝫ dei ha
bebat: ſꝫ etiã ꝙ plena erat grã: ãgelo ſibi hoc
nũciãte q̄ mẽtiri nõ pt̄. Jtẽ ꝑ diuinã reuela/
tionẽ ſciuit diẽ obitꝰ ſui. ⁊ ꝙ maximã gl'iam
ꝯſecutura erat. Jgnoꝛantiã etiã nullã habuit
de ꝑtinentibꝫ ad ſalutẽ. ꝑ eũ em̄ plene edocta
fuit: cuiꝰ vnctio docet de oībus: vt ait Albertꝰ
vbi.ſ̄. ¶ Jnuenit̄ etiã in hoibꝫ ve pene. ⁊ po
teſt eſſe triplex. ſ. ve pene pnīe: qñ conſcīa re/
moꝛdet de pctõ: iux̄ illud Aug. in.j. cõfeſſio/
nũ. Juſſiſti dñe ⁊ ita eſt: vt oīs animꝰ inoꝛdi
natus ſit pena ſibiꝑi. Et phs in ethicis dic̄.
Ois malꝰ implebit̄ penitudīe. Hoc autẽ nõ
fuit i btā ꝟgie: q̄ nũqꝫ habuit remoꝛſum con
ſciẽtie: vt ait ſctũs Bona. vbi.ſ̄. Scđm ve
pene eſt iclinatio ad alia mala ꝯtrahẽda. vñ
Greg. in moꝛal' dicit. Pctm̄ qđ ꝑ pnīaꝫ nõ
diluit̄ mox ſuo põdere ad aliud trahit. Et de
h̄ dꝛ Oſee.vij. Ve eis qm̄ receſſerũt a me dic̄
dñs. ſ. peccãdo. Btā ãt ꝟgo h̄ nõ habuit. qꝛ
nulla fuit in ea inclinatio ad malũ: ⁊ ſemp in
bono ꝑmãſit. Tertiũ ve ẽ pene purgatoꝛij. de
q̄ exponi pt̄ illđ Hiere.xlv. Ve miſero mihi
ſcꝫ dicit ille q̄ eſt in purgatoꝛio. Jtẽ ve pene
gehẽne. de q̄ exponi pt̄ illud Job.x. Si ipiꝰ
fuero ve mihi. ſ. qꝛ ad infernũ deſcẽdã. Ab
his aũt oībꝫ ve btā ꝟgo libera extitit. qꝛ nul/
lũ pctm̄ purgãdũ vel ꝓpt̄ qđ infernales pe/
nas timere deberet vnq̄ꝫ habuit. ¶ Triplex
etiã ve ꝯtigit mulieribꝫ ſpãlit̄. ꝟginibꝫ ve ſte
rilitatꝫ: cõiugatis ve ſbiectiõis. ꝗ. his ita.xv.
q.iij. ⁊. c. addit̄.xxvij q.ij. viduis aũt ve de/
ſolatiõis. quibꝫ vltimis duobꝫ ãnexũ eſt ve
coꝛruptiõis. Ab iſto aũt triplici ve vt dꝛ Al

S Septez ve pecca ti moꝛtal'

V Triplex ve pene.

J Triplex ve muli/ erum

ber.vbi.ſ.imunis fuit btiſſima dei mr̄: q̄ fuit
ꝟgo ſine ſterilitate: imo cū fertilitate ac fecū
ditate diuīe plīs. Fuit etiā ꝯiugata ſine cor/
ruptiōe. qꝛ cū viro ſuo in ꝟginitate ꝑmāſit: vt
dictū eſt in p̄cedēti pte hui⁹ opis ſmone vlt̄.
Fuit etiā ſine ſuitute. nō em̄ ī ea ipletū ē illō
Gen. iij. Sub viri ptāte eris: ꝛ ipe dn̄abit̄
tui. nā ipa nō fuit ſubdita ioſeph: ſed ipe illi
cui ꝛ dei fili⁹ ſubdit⁹ fuit: Lu. ij. Fuit poſtea
vidua ſꝫ nō deſolata. nā fuit filio ſuo diuino
aſſociata. et poſt ei⁹ mortē filio adoptiuo Jo
k hāni cōmēdata: Joh. xix. ¶ Matribꝰ q̄ꝫ cō/
tingit multiplex ve. Vn̄ ſaluator ait Mat/
thei. xxiiij. Ve aūt pregnātibꝰ ꝛ nutriētibus
Eſt nanqꝫ illis triplex ve. ſ. damnificētie: in/
digētie ꝛ afficiētie. Damnū autē triplex in/

Matribus ꝯtingit multiplex ve

currit feīa cū mater efficit̄. ſ. qꝛ in cōceptu ꝑ/
dit ꝟginitatis theſauꝝ impciabilē: poſt con
ceptū corpis venuſtatē ꝛ ſanitatē. Nō enim
mulieres grauide apparēt ita pulchre ſicut
ꝓus nec ita ſane: qꝛ ſubijciunt̄ mltis alteratio/
nibus ꝓpter ꝯceptū. In partu aūt ꝑdūt ho/
minū ſocietatē. Nō em̄ pn̄t viri accedere ad
eas. Sed ab his oībus dānis fuit exempta
beata ꝟgo: nā in cōceptu nō amiſit ꝟginitatē
ſed aucta fuit ei⁹ puritas. vn̄ canit eccl'a. Ru
bum quē viderat Moyſes incōbuſtū: cōſer
uatā agnouim⁹ tuā laudabilē ꝟginitatē ꝛc.
Pulchritudinē etiā nō minuit ei⁹ cōceptio:
imo ita fuit aucta ei⁹ pulchritudo vt eam io
ſeph inſpicere nō poſſet fixe facie ad faciem.
Et merito: qꝛ rex eterne gl'ie erat in ea. ꝛ hoc
dicit glo. ſup illud Luce. ij. Et nō cognuit eā
donec pepit filiū ſuū ꝓmogenitū. que ait. Jo
ſeph mariā facie ad faciē nō poterat videre.
quā ſpūſſanct⁹ a cōceptiōe penit⁹ repleuerat
ꝛ ideo nō cogſcebat facie ad faciē quā deſpō/
ſauerat donec vter⁹ ei⁹ euacuaret̄. Itē ī par/
tu nō ꝑdidit hoīm ſocietatē: imo tūc media/
trix dei ꝛ hoīm ꝯſtituit̄. vn̄ ꝛ in puerpio a pa
ſtoribꝰ ꝛ regibꝰ viſitat̄. Incurrīt etiā matres
ve indigētie triplicit̄. Nā ad cōcipiēdū indi
gent cōpare. i. viro de q̄ ꝯcipiāt. poſt ꝯceptū
indigēt q̄ete. in pariēdo obſtetricatiōe. Hec
aūt btiſſima ꝟgo ī cōceptu n̄ habuit cōparē.

Triplex ve īdigētie.

qꝛ ꝯcepit ſpūſctō copante. Qđ em̄ ī ea natū
eſt de ſpūſctō eſt: Mat. j. Itē poſt ꝯceptū nō
īdiguit q̄ete: qꝛ nō debilitata fuit ſꝫ roborata
Vn̄ vt hꝫ Lu. j. Subito poſt ꝯceptū exur/
gens abijt in mōtana cū feſtinatiōe ad viſitā
dū Elizabeth ꝛ ſuiēdū ei. Itē in pariēdo nō
indiguit obſtetricatiōe: qꝛ (vt inq̄t Hiero.)
nulla ibi obſtetrix fuit: nl'a obſequia mulie/
rū. Et tūc verificatū fuit illō Iſa. xxxv. Ger
minās germīabit letabūda ꝛ laudās. ſ. deū:
circūſtātib⁹ āgel' ꝛ canētibꝰ: Gl'ia ī excelſ' deo
¶ Tertio ꝓncipal'r mr̄es īcurrūt ve afficiētie   A
Qꝛ afficiunt̄ in ꝯceptu libidīe ꝛ corruptiōe:
poſt cōceptū pudore: qꝛ nulla ml'ier īuenit̄ q̄
naturalit̄ ꝯſūmato matrimōio nō erubeſcat
Itē afficit̄ mulier grauedine ī portādo ī ven
tre ꝛ in partu maxio dolore. Vn̄ ad oñdēdū
grauitatē doloris mulieris pariētis dic̄ pſ.
xlvij. Ibi dolores vt ꝑturiētis. ꝛ Gen. iij. ꝓ/
me mulieri dixit de⁹. In dolore ꝛ erūna ꝑtus
tuos emittes. trāſſumptiue ī. c. cū enixa. di.
v. vbi etiā d̄r de ml'iere tali. In carnis cōmi/
xtiōe voluptas eſt: in plis ꝓ ꝑtu dolor ꝛ ge/
mit⁹. De ipa etiā ml'iere cōit̄ d̄r. Añ partuꝫ
onerosa: in ꝑtu doloroſa: ꝛ poſt ꝑtū laborioſa
Beatiſſima aūt ꝟgo ſine hm̄oī ve fuit. nam
ꝯcepit ſine libidine ꝛ corruptiōe. vnō illi ca
nit eccl'ia. Domus pudici pectoris tēplū re/
pente fit dei: intacta neſciēs viꝝ ꝟbo cōcepit
filiū. Nō etiā habuit ve pudoris: que nō fu
it ſuppoſita viro. vn̄ canit̄ ei. Gaude virgo
mater xp̄i: q̄ ꝑ aurē cōcepiſti gabriele nuncio
Itē ſine grauamīe filiū ſuū bn̄dictū in vētre
portauit: imo cū maxia ſuauitate. Hēbat ei
in vtero gaudia ꝑadiſi. vn̄ Ber. in q̄dā ſer.
ait. Pondus amorꝫ tollebat pond⁹ gueđis.
Iſa. q̄ꝫ. xix. d̄r. Ecce dn̄s aſcēdet ſup nubē le
uem. Nubes em̄ leuis fuit ꝟgo maria: que
grauamē in portādo dei filiū in vtero nō ha
buit. Pepit q̄ꝫ ſine dolore: imo cū indicibili
iocūditate ſaluatorē mūdi. Et tūc impletuꝫ
fuit illud Iſa. lxvj. Anteq̄ꝫ parturiret pepit
maſculū. vn̄ canit̄ illi. Gaude qꝛ deo plena
peperiſti ſine pena cum pudorꝫ lilio. De his
aūt inq̄t Ber. ſup Miſſus eſt. Fuit maria
ſine corruptōe fecūda: ſine grauamīe graui/
uida ꝛ ſine dolore puerpa. ¶ Quare aūt non
doluerit aſſignat̄ triplex rō a b. Tho. ī. iij. ꝑ
te ſum. q. xxxv. ar. vj. ſ. naturalis: legalis et
diuinalis. Pria rō ē natural': qꝛ dolor ꝑturiē/
tis cauſat̄ ꝓpt̄ aptōꝫ meatuū ꝑ q̄s ꝓles egre

Maria peperit ſine dolore quare

dit̄. ſed xp̄s egreſſus eſt vtero matris clauſo
nulluſqꝫ meat⁹ eſt apert⁹: ꝛ ꝑ ꝯñs nō debuit
mr̄ eius ipm pariēdo dolorē ſentire. Et ad ꝓ
dicta adduci poſſet illud qđ ait Aug. in li. de
ſimbolo dicēs. Naſcit̄ xp̄s ex ꝟgīe ſicut flos
ex virga ſine ſemine ꝛc. Scđa rō eſt legalis
Nā iuſtus ꝛ innocēs nō dꝫ puniri. l. gracc⁹.
C. ad l. iul̄. de adul. ꝛ. c. cognoſcētes. de cōſti.
Cū ergo hic dolor dat⁹ fuerit prime mulieri
qꝛ peccauit: beata ꝟgo que fuit īnocētiſſima
debuit ab hoc dolore eſſe imunis. Tertia ra/
tio eſt diuinalis. nā vbi fuit tāta dulcedo et

ſuauitas nō potuit eē dolor. Duo em̄ ɔ̄ria nō pōt in eodē inſtāti ieſſe eidē ſbiecto: ſʒ phm in pdicamēto quātitatꝫ. ⁊ in .ij. topi. ⁊ no. i. l ſi ancillā. ff. de vſuca. ꝓ ſuo. ⁊ in cle. gre. de reſcrip. de ꝙ plene p cardi. flo. in. c. j. de cōſti. imo incluſio vniꝰ ɔtrarij eſt alteriꝰ excluſio. ij topicē. ⁊. l. cū pror. i pn. ff. de iudi. ⁊. l. hec verba. ff. de v. ſig. ⁊. c. cum renūciat. xxij. q. j. Et etiā dicit ꝙ cōtrario vno poſito tollitur reliquū: vt notat in aut. de mā. pn. §. neqʒ antē. Cum igit beatiſſima vgo haberet in vētre ſpiritusſcti ſuauē inundātiā: ⁊ filiū dei q̄ ē dulcedo infinita: vt ait Aug. in li. de vero cultu pfecto dolere nō potuit. Nam ſi (vt ait Auguſtinꝰ in quodā ſer.) tā ingēs ⁊ tā maxima eſt dulcedo dei ꝙ ſi in īferno vna gutta deſcēderet totā dānatoꝝ amaritudinē dulcoraret Quid iocūditatꝫ ſentire debebat ⁊ dulcedinis ipa vgo digniſſima q̄ i ſuo ſacratiſſimo vtero fontē diuie dulcedīs habebat: ⁊ pariendo eū ſuauiſſime effundebat? Ex pdictꝫ igit pꝫ ꝙ ɔgruēter dixerit āgelꝰ btiſſime vgini aue quaſi ſine ve. i. ſine oi ve. qꝛ indiffinita equipollet vniūſali ſm iura. l. j. §. cū vrbē. ff. de offi. pfec. vr. ⁊. l. ſi plibꝰ. ff. de legatꝫ. ij. ⁊ ibi Albricus de roſate. ⁊. c. ſi romanoꝝ. xix. diſ. ⁊. c. quia circa. de pulegijs. ⁊. c. vlti. de cōiugio leproſorū. ⁊. ff. de ſeruitute vrbanoꝝ prediorū l. ſi ſeruitꝰ. §. ſ. ⁊. l. ſi domus. §. qui edificiū ⁊ ibi Jacobꝰ butri. ff. eodē titulo. ⁊. ff. de rebꝰ dubijs. l. ſi is qui. §. vtrū. in fine. ⁊. c. vt circa. de elec. ī. vj. ⁊ ibi glo. ⁊. c. paſtoralis. de dona. ⁊. l. cum aurum. ff. de auro ⁊ argēto legato. ⁊ per Bart. in. l. ſi cū dies. §. plenū. ff. de arbi. ⁊ per Dynū extra de regulis iuris in pꝛhemio li. vj. ⁊ per doctores in. c. ſaluator. j. q. iij. ⁊. c. ꝙ ſi dormierit. xxxj. q. j. ¶ Sicut aūt

M ve eſt terminꝰ cōminatiōis cōtra peccatores ſic aue eſt terminꝰ cōſolatiōis confortatōis ⁊ benedictiōis iuſtis. Recte itaqʒ dicimꝰ cum angelo ipī dn̄e noſtre Aue. Non em̄ fuit in ipſa illud ve de quo dicitur Eccl'iaſtes. iiij. Ve ſoli: quia cū ceciderit nō habet ſubleuantē. Ipa em̄ nūqʒ fuit ſola: ſed ſemp deo ⁊ angelis comitata. Nec etiā illō Eccs. x. Ve tibi terra cuiꝰ rex eſt puer. Beata etem̄ virgo que in diuīs ſcripturis appellat terra: a puero nō fuit recta ſed a deo gubernata. De q̄ Danielis. vij. dicitur. Antiquꝰ dierū ſedit: ſcilʒ in beata virgine. Nō fuit etiā in ea illō Ecci. ij. Ve duplici corde ⁊ labijs ſceleratis ⁊ manibꝰ malefaciētibꝰ: ⁊ peccatori ingrediēti terrā duabus vijs. Nam fuit ſimplici corde ⁊ lingua optima ac manibꝰ mundiſſimis decorata: ac ſine vlla duplicitate. Non etiaʒ fuit in ea illud Jſa. iij. c. Ve impio in malū. cum omni pietate fuerit repleta. Non etiaʒ fuit in ipa illud eiuſdē lib. v. ca. Ve qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis. Jn ipa nanqʒ nulla vnqʒ iniquitas vel vanitas fuit. Nec illud quod in eodē capitulo ſcptū eſt. Ve qui ſapientes eſtis in oculis veſtris: cum in ſua reputatiōe eſſet viliſſima ⁊ valde abiecta. Nec etiā illō eiuſdē libri. c. vj. Ve mihi quia tacui. Jpa em̄ non tacuit vbi opꝰ fuit: ſed locuta eſt cum angelo: cōſenſum ſuū cōceptiōi chriſti prebendo. Nec illud eiuſdē libri. c. xxxiij. Ve qui predaris. Non ſolum em̄ aliena nō abſtulit: ſed oīa ſua pauperibus erogauit. Nec illud eiuſdē libri. ca. xlv. Ve qui cōtradicit factori ſuo. Nec illō Hieremie. xlv. Ve nobis quia peccauimꝰ. Jpſa em̄ ſemp volūtatē ſuam diuine volūtati cōformauit. Et vt ſupra dictū eſt: nunqʒ peccauit. Nec etiā fuit in ea illud Amos. vj. Ve qui opulēti eſtis. Nec illud Jſa. v. Ve qui potētes eſtis ad bibēdū vinū. Jpa em̄ ſumme abſtinētie fuit in cibo ⁊ potu. Nec illud Matth. xviij. Ve homini illi per quē ſcandalū venit. Nō em̄ vnqʒ aliquē ſcādalizauit ſed oēs bene edificauit. Nec etiā in illa fuit illō Matth. xxiij. Ve vobis hypocrite. Jpſa em̄ hypocriſim ſumme deteſtata eſt ⁊ euitauit. Nō etiā fuit in ea illud Lu. vj. Ve vobis qui ſaturati eſtis. Jpa em̄ de ipſa cecinit Lu. j. Eſurientes ipleuit bonis. ſ. deꝰ. Nec fuit in ea illud eiuſdē. c. Ve vobis qui ridetis Uel illud. Ve vobꝭ diuitibꝰ. Jpa nāqʒ nūqʒ diſſolutiōibꝰ vacauit: nec diuitias habere voluit: ſed ſemp orōibꝰ ⁊ deuotiōibꝰ dedita fuit ⁊ diuitias cōtēnēs paupcula eſſe voluit. Jpſam ḡ cōgrue ſalutamꝰ dicen̄. Aue maria: qꝛ nullū vnqʒ ve fuit i ea qō ei nocumētū ꝗuis modo afferret.

¶ Pars ſecunda huiꝰ ſermonis que dicit gratificatiōis.

Gratia dei fuit multipliciter in maria. vnde Bern̄. in quodā ſermone inqt ꝙ habuit gratias corporales: mētales ⁊ celeſtes. Gras aūtē corpales habuit quattuor que fluxerūt in carne eius: quia ipa fuit vginitatis pmiceria ſine corruptōe fecunda: ſine grauedine grauida: ⁊ ſine dolore puerpera: vt ſupra dictū eſt Gratie mentales ſiue ſpūales fuerunt quattuor que fluxerūt in eiꝰ mente. ſ. deuotio humilitatis: reuerētia pudorꝫ: magnitudo cre N

dulitatꝫ:ꝛ martyriū cordis. Hec celeſtes ſilic
fuerūt q̄ttuoꝛ:q̄ fluxerūt de celo.ſ.eiꝰ i vtero ſcti/
ficatio:angelica ſalutatio:ſpūſſcti ſupuētio:

**Septē/plice gra/tiā huit.**

ꝛ filij dei ꝯceptio. ¶ Poſſumꝰ ꝗꝫ dicere ꝙ be/
ata ꝟgo ſeptēplicē habuit graꝫ diuerſitatē.
Primo grē inuētionē. vnde dixit ei angelus
Luce.j. Inueniſti gratiā apud deum. Ubi
Bern̄.ait. Inueniſti gratiā quā querebas:
inueniſti quod an̄ te inuenire nemo potuit.
Poſſunt ḡ pctōres ſecure ſibi dicere Redde
nobis gratiā quā ꝓ nobis iueniſti.quia ni/
ſi nos peccatores fuiſſemꝰ:tu talem ac tantā
gratiā nō inueniſſes.ſ.vt eſſes mater redem
ptorꝫ. Scdo habuit grē in ventre repletiōē.
Ideo vocauit eam angelus gratia plenam.

**Triplex plenitu/do grē**

¶ Eſt autē triplex plenitudo. Quedā ē iſtar
fluis:ꝛ iſta fuit i xpo:iuxta illō pš.lxiij. Flu/
mē dei repletū eſt aq̄s. Quedā eſt iſtar riui:ꝛ
iſta fuit i Stephano ꝛ i ceterꝫ ſctis.vn̄ pš.ꝑ
dicto dr̄. Riuos eiꝰ inebriās. Et quedā ē me
dia iter has duas:q̄ eſt inſtar fontium:ꝛ hec
fuit in maria:qꝛ ſꝑ fuit plena ꝛ nūq̄ꝫ in aliq̄
diminuta. ꝛ ſic eiꝰ plenitudo fuit media int̄
plenitudinē diuinā ꝛ humanā:ita ꝙ eiꝰ ple/
nitudo fuit minoꝛ q̄ꝫ diuia.ſꝫ maioꝛ q̄ꝫ om̄is
alia plenitudo hūana. Un̄ Bern̄.ait. Legi
mus Stephanū plenū grā ꝛ aplōs plenos
ſpūſctō:ſed longe diſſilr a maria.quia nec i
illo habitauit corꝑaliter diuinitatis plenitu
do:nec illi ꝯceperūt de ſpūſancto.hec ille. Et
ideo de btā ꝟgine que a deo recepit plenitudi
nē gratiaꝝ ꝛi ſacra ſcꝑtura appellat̄ terra:ex
poni pōt illō pš.xxiij. Dn̄i ē terra ꝛ plenitu
do eiꝰ.qō etiā hr̄.j. Choꝛ.x.ꝛ.viij.di.c.q̄ in/
re.ꝛ.xiij.q.ij.c.in eccliaſtico:ꝛ extra de deci.c.
tua nobis. Beatus quoq̄ꝫ Hieronymꝰ ſuper
illud Luce.j. Aue gratia plena.inq̄t. Tali/
bus decebat ꝟginē oppignerari muneribus
vt eſſet gratia plena:q dedit celis gl'iam:ter
ris deū paceq̄ꝫ refudit:gentibꝫ fidē:finem vi
cijs:vite ordinē:moꝛibꝫ diſciplinā. Tertio
habuit gratie accumulationē.qꝛ ea q̄ alij ſcti
habuerūt particulariter:ipa habuit vniuer/
ſaliter. vn̄ Hiero. in ſermone aſſumptionis
ait. Bene grā plena:qꝛ ceterꝫ q̄dē ꝑ ꝑtes grā
p̄ſtat̄:marie ꝟo tota ſe infudit gratie plenitu
do. Deſcēdit quippe ſicut pluuia in vellꝰ:et
ſtillicidia ſtillātia ſuper terrā. Plane celeſtis
imber lapſu placido ꝟgineū vellꝰ infudit:et
tota diuitatis vnda i eiꝰ carne ſe ꝯtulit ac de
mū ꝑ cruc̄ꝫ patibulū expſſum oībꝫ terris plu
uiā ſalutꝫ infudit:ꝛ humanis mētibꝫ ſtillici/
dia grē p̄ſtitit. Uere ḡ plena ꝑ quā largo ſpi
ritusſancti imbꝛe ſuꝑfuſa eſt omis caro. Q̄ꝫ
ꝟo ipa habuerit oēs grās vniūſaliter quas
ceteri habuerūt ꝑticulariť:patet: quia Abra
hā quidē habuit fidē:ſed ipa fidelioꝛ. Moy
ſes māſuetudinē:ſed ipa māſuetioꝛ. Dauid
humilitatē:ſed ipa humilioꝛ. Johānes ꝟgi/
nitatē:ſed ipa purioꝛ. Martha hoſpitalita
tem:ſꝫ ipa liberalioꝛ:qꝛ nouē menſibꝫ xpm in
ſuo vtero poꝛtauit. Magdalena ꝯtēplatōꝫ
ſꝫ ipa in ꝯtēplatōe ſblimioꝛ. Nicolaꝰ miſeri
cordiā:ſꝫ ipa clemētioꝛ:qꝛ mr̄ miſcōie appel/
latur. Quarto habuit grē accumulate imp/
mixtiōē. Alij nanq̄ꝫ ſcti habuerūt gratiā ſꝫ
cū ꝑmixtione venialiū:in ipa aūt nulla fuit
pctī admixtio:iuxta illō Can̄.iiij. Tota pul
chꝛa es amica mea ꝛ macula nō eſt in te. Ipa
eni fuit pulchꝛa:quia ſine pctō origiali. Fu/
it tota pulchꝛa:qꝛ ſine pctō actuali. Fuit etiā
ſine macula:qꝛ ſine pctō veniali. Quito ha/
buit grē impmixte ꝯſeruatiōꝫ ꝛ cōfirmatōꝫ
Adeo nāq̄ꝫ in grā ꝯfirmata fuit ꝛ cōſeruata
ꝙ ab illa nunq̄ꝫ cadere potuit:eo ꝙ diuia ſa/
pietia ſeptē eam colūnis muniuit: Sap.ix.
Per ſeptē aūt colūnas (vt.ś.dictū eſt) intel
ligi pn̄t ſeptē ſpūſſcti dona:q̄bꝫ ipa plena fu/
it. vel pn̄t intelligi ſeptē ꝟtutes.tres theolo/
gice ꝛ q̄ttuoꝛ cardinales ſiue politice:quas
ipa habuit. vn̄ Eccl.xxiiij.ait. In me omnis
gratia vite ꝛ virtutis. Sexto habuit gratie
cōſeruate remuneratiōꝫ. Quia eīm deus dat
menſurā gl'ie ſꝫm quantitatē humilitatis et
grē:ideo deꝰ ſibi imēſitatē gl'ie ꝯtulit.qꝛ imē/
ſam humilitatē ꝛ grām habuit. Q̄m eīm pro
funde ſe humiliauit:ideo alte ſblimari ꝑme/
ruit q̄ꝫtū ad locū ſubiectū ꝛ affectū. Nam qꝛ
ipa recubuit i nouiſſimo loco:iō exaltari me
ruit ſuꝑ choros oīm angeloꝝ. Et qꝛ humili
tatē habuit interiꝰ in corde:ꝛ māſuetudinē
exteriꝰ in corꝑe:ideo exaltari ꝑmeruit q̄ꝫtū
ad totū ſuū ſubiectū.ſ.corpꝰ ꝛ aīam.quia et
aīa eius fuit gl'ificata:ꝛ corpꝰ fuit veſte imoꝛ
talitatis idutū. Et qꝛ ſe humiliauit ſumēdo
ancille officiū:ideo cōmiſſum eſt ei officiū il/
luminādi ſctōs q̄ ſunt i via ꝛ illos q̄ ſunt in
pſia. vn̄ Bern̄.inq̄t. Marie pn̄tia totꝰ illu/
minat̄ oꝛbis:adeo vt ipa celeſtꝫ pſia clariꝰ ru
tilet ꝟginee lāpadis illuſtrata fulgoꝛibꝫ. Itē
ꝓpť h̄ ꝙ ſe appellauit ꝛ reputauit ācillā fctā
eſt dei mr̄ ꝛ dn̄a angeloꝝ. vn̄ poeta vulgaris
inq̄t illi. Dn̄ deſti ri poſta al meſſo fctō. Ecco
lancilla del ſignoꝛe dicendo leterna ꝟita ſuo
carnal māto fece del ſāgue del tuo coꝛ.ꝑcēdrē
no. Sopꝛa di te tāta grā infondendo che ci
aſcun angel de la ſomma altura. Ti ſe ſubie/
cto come bon famelio. Septimo habuit grē

remūerate emanatiōꝫ ſiue diffuſionē. qꝛ ſup
nos miſicordiā ⁊ grāꝫ ſuā lōge late ſblimiꝰ ⁊
pfunde diffundit. vñ Bernā. ait. Quis o be
nedicta miſcōie tue longitudinē latitudinē
ſblimitatē ⁊ pfundū inueſtigare poſſit. Lō
gitudo eiꝰ vſqꝫ i diē nouiſſimū ſbuenit vni/
uerſis. Latitudo eiꝰ rplet orbē terraꝝ: vt mi
ſericordia eiꝰ plena ſit oīs tra. Sublimitas
eiꝰ ciuitatꝫ ſupne ruinas īſtaurauit. Profun
ditas eiꝰ ſedētibꝫ i regiōe vmbre mortꝫ redē
ptionē obtinuit. Tu ḡ pietatꝫ grāꝫ quā apḋ
deū īueniſti notā facias mōdo: obtinēdo reis
veniā: egris medelā: puſillis corde robur: af/
flictꝫ ꝯſolatiōꝫ: pīclitātibꝫ adiutoriū ⁊ libera
tionē. Hec ille. ¶ Sed p maiori pdictoꝝ de
claratiōe eſt ſciēdū ꝙ btā ꝟgo hūit grām pu
rā plenā ⁊ ſupplenā. Habuit nāqꝫ grām pu
rā ſine alicuiꝰ ꝯrij admixtiōe. habuit plenāꝫ
grām ſine aliq̄ diminutōe. habuit grām ſup
plenā cū larga diffuſiōe. Prīo habuit grām
purā ſine ꝯtrarij admixtiōe. Scti em̄ alij in
vita pñti ⁊ ſi haberēt grām: tñ cū ea habebāt
admixtionē. Primo timorꝫ. ſ. ne eēnt ingra/
ti deo. Eccī. ix. Nemo ſcit ⁊c. vel ne caderēt
a grā. j. Chor. x. Qui ſe exiſtimat ſtare: vide/
at ne cadat. Iſtā aūt admixtionē timoris be/
ata virgo nō habuit. qꝛ certa erat ſe grāꝫ dei
habere: vt ſup̄ dictū eſt. cū ei angelꝰ ex parte
dei dixiſſet Aue grā plena. Sciebat etiam ꝙ
a grā cadere nō poterat. vnḋ dicere poterat
illud Eccī. xxiiij. Vſqꝫ ad futuꝝ ſclm nō de
ſinā. Scḋo ſerui dei hñt admixtionē laborꝫ
qꝛ oportet eos multū laborare ad ſenſualita/
tē obdomandā ⁊ ratiōi ſbijciēdā: iuxta illud
j. ad Chor. ix. Caſtigo corpꝰ meū ⁊ i ſuiſutē
redigo ⁊c. Iſtā aūt admixtiōꝫ laborꝫ nō ha/
buit virgo bñdicta. qꝛ nullos motꝰ rōne con
trarios vnqꝫ ꝓſenſit. vnḋ Bernā. ait. Beata
ꝟgo ictus impugnatiōis nūqꝫ ptulit: ⁊ incē/
tiua carnis nō tolerauit: caput ſerpētis ꝯtri
uit: ita ꝙ eā fugiēs expauit. Tertio ſancti vi/
ri hñt admixtionē dolorꝫ: ex eo ꝙ multos de
fectꝰ habere ſe vident. ⁊ ſi aliq̄s defectū ſe hr̄e
nō crederet: tūc ipe oēs hr̄et: iuꝯ illud Ber.
in quodā ſmone. Omīa illi deſunt q̄ nihil ſi
bi deeſſe putat. Iſtā autē admixtionē beata
virgo nō habuit: quia nullus defectꝰ gratie
vnqꝫ in ea fuit: ſed omnes gratias ⁊ ꝟtutes
ſemp habuit. Ex quo ſequiꝯ ꝙ habuit grati/
am plenā ſine aliquo defectu vel diminutōe
Magnū quippe eſt habere potentiā recepti
uam grē quā habēt petōres dū ſunt in mōdo
ſed eā caret dānati in inferno. ⁊ illud eſt ma
gnū chaos qḋ eſt in inferno. impotentia ſcꝫ

P Maria habuit grātiā purā

Habuit gratiam plenam.

ad gratiā recipiendā: iuxta illud Luce. xvj.
Inꝯ nos ⁊ vos eſt magnū chaos. Maiꝰ au
tem eſt habere guſtū ſiue guttā grē quā habēt
boni dū adhuc ſūt impfecti. ⁊ iſta gutta gra
tie valet eis ad bonoꝝ opeꝝ fecundationē: ⁊
ad vicioꝝ refrigerationē: ac ad ſitꝫ mūdane
extinctionē. De duobꝫ primis dicitꝯ Cañ. v.
Caput meū plenū eſt roꝛe: ⁊ cincini mei gut
tis noctiū. De tertio dicit Aug. i quodā ſer/
mone. Qui biberit de fluuio paradiſi cuius
vna gutta maioꝛ eſt oceano: reſtat vt in eo ſi
tis huiꝰ mūdi penitꝰ extincta ſit. Maximū
ꝟo eſt hr̄e calicē plenū grē quē hñt viri pfecti
de q̄bꝫ dꝛ Act. ij. Repleti ſunt omēs ſpūſctō
Et iſte calix grē valet eis ad ſalutē acq̄rendā
ad fiduciā de deo obtinēdā ⁊ ad cōſolationeꝫ
mūdanā obliuioni tradendā. De duobꝫ pri
mis dꝛ pſ. cxv. Calicē ſalutaris accipiam: et
nomen dñi inuocabo. De tertio dꝛ pſ. xxij.
Calix meꝰ inebriās q̄ꝫ pclarꝰ ē. Permaximū
aūt ē hr̄e fontē grē: quē hñt beati. ⁊ iſte fons
eos viuificat ⁊ ſatiat ac inebriat: iuxta illud
Pſ. Inebriabūꝯ ab vbertate domꝰ tue: ⁊ tor
rēte voluptatꝫ tue potabis eos. Ideo Cañ.
v. dꝛ. Bibite amici et inebriamī chariſſimi.
Ad iſtū aūt fontē ſitiens pūenire pꝓpha ⁊ ibi
ſatiari petebat dicēs pſ. xlj. Sitiuit anima
mea ad deū fontē viuū ⁊c. Supmaximū ꝟo
eſt nō tm̄ habere potētiā receptiuā grē: et gu
ſtū gratie atqꝫ calicē grē: ſed etiā fluuiūꝫ oīm
gratiarū. Et iſtā plenitudinē habet btā vir/
go maria: de qua dicitꝯ Cañ. iiij. Fons ortoꝝ
puteus aquarū viuētiū q̄ fluūt impetu de li/
bano. Ipa eſt em̄ puteus aquaꝝ viuētium
inquātū peccatores mortuos viuificat a pec/
cato. Eſt fons ortorū inq̄ꝫtū bonos fecundat
in ope bono. Eſt fluuiꝰ vadens cum impetu
inquantū beatos letificat in celo: iuxta illud
pſ. xlv. Flumīs impetꝰ letificat ciuitatē dei.
¶ Tertio habuit ⁊ habet gratiā ſupplenam
cū larga ⁊ plena diffuſiōe. vñ Bernā. inquit
Btā ꝟgo velut alterū ſolē induit. qꝛ ſicut il
le ſup bonos ⁊ malos indifferenꝯ oritꝯ: ſic ipa
q̄ꝫ preterita merita nō diſcernit: ſed oībꝰ exora
bilē ⁊ demētiſſimā ſe exponit: omniūqꝫ neceſ
ſitates ampliſſimo miſeratꝯ affectu. Tam co/
pioſa aūt eſt ⁊ tā plena ꝙ eiꝰ plenitudinē ſen
ſit infernꝰ: qꝛ p eā expoliatꝰ fuit. ſenſit terra:
qꝛ mortuos reddidit. ſenſit celū qḋ ſe apuit
ſenſerūt angeli q̄ fuerūt repati. ſenſerūt pec/
catores: q̄ fuerūt iuſtificati. ſenſerunt iuſti: q̄
fuerūt beatificati. Addit etiā Bernā. Virgo
btā pcioſū illḋ balſamū tanta copia tātaqꝫ
diffudit plenitudīe vt copioſiſſie iſluat circu

P Habuit gratiam ſuperplenam.

quaqꝫ. Et iteꝝ ait. Quãto ꝗ deuotiõis affe/
ctu mariã a nobis honorari voluit de⁹ q̃ to/
tius boni plenitudinē i ea poſuit. vt ſi q̇d in
nob̄ ē ſpei: ſi q̇d grē vl' ſalutꝫ ab ea nouerim⁹
redũdare q̄ aſcēdit affluēs delicijs: Totis ꝗ
medullis cordis veneremur mariã. q꞉ ſic eſt
voluntas ei⁹ q̇ totũ nos hr̄e voluit ꝑ illã. hec
ille. Habuit igiẗ btĩſſima ṽgo plenitudinē
grãꝝ. ¶ Sꝫ notãdũ ē ꝙ q̄druplex ē plenitu/
do. Pria dr̄ ſufficiētie. quã hn̄t oēs electi. q̇
q̄dē hn̄t oĩa q̄ ſ'cis ſufficiētia ad ſalutē. De
q̄ plenitudie dr̄ Act. vj. Stephan⁹ aũt ple/
nus grã ⁊c̄. Scd̄a eſt plenitudo abundãtie
quã habuerũt apl'i: q̇ ꝑ ceterꝫ ſ'ctis ſpm̄ ſctm̄ in
maiori abũdãtia receperũt. ⁊ ita intelligiẗ il
lud Act. j. Repleti ſ'r oēs ſpũ ſcrõ. Tertia eſt
excellētie. quã habuit btã ṽgo. ⁊ ita itelligiẗ
ſalutatio ãgelica dicen̄. Aue grã plena. Ipa
em̄ excellētiſſime ſup oēs apl'os ⁊ ſ'ctos ſpm̄/
ſctm̄ recepit: iuxta illud ꝓuerb. vlti. Multe
filie cõgregauerũt ſibi diuitias. tu ṽo ſuper/
greſſa es vniuerſas. Cetere em̄ habuerũt mē/
ſurã gratie: maria aũt fontē gratiaꝝ. Cetere
habuerũt ṽtutes ⁊ grãs ꝑticulariẗ: maria ve
ro habuit oēs vniũſaliter. Quarta eſt pleni
tudo effluētie. quã habuit xp̄s. vñ de ipo dr̄
Ioh. j. De plenitudine ei⁹ oēs accepim⁹ gra
tiã ꝑ grã. Prima ãt plenitudo q̄ ē in ſ'ctis aſ/
ſilaẗ plenitudini vaſis. Vas em̄ habet pleni
tudinē mēſuratã ſm̄ ſuã ꝓportiõꝫ. ſic ⁊ deus
ſm̄ ꝙ hõ diſponit vas aĩe dat ſibi menſurã
grē: iuxta illud Eph. iiij. Unicuiqꝫ data eſt
grã ſm̄ mēſurã donatiõis xp̄i. Scd̄a pleni/
tudo que ē i apl'is aſſilaẗ plenitudini riuuli
decurrētꝫ. Ipi em̄ riuos doctrinaꝝ ſuaꝝ ſpar
ſerũt: ⁊ ipm mũdũ infecũdũ germiare fecerũt
iuẋ illud pſ. lxiiij. pallegati. Riuos eius in/
ebriãs mltiplica genimina ei⁹ ⁊c̄. De iſtis ri
uis dr̄ Iſa. xxxiij. Loc⁹ fluuioꝝ riui latiſſimi
⁊ patētes. Scti em̄ apl'i fuerũt loc⁹ fluuioꝝ ꝑ
plenã a deo receptã ſapiam: ⁊ fuerũt riui ꝑ ma
nētē doctrinã: ⁊ fuerũt patētes ꝑ ſanctã ꝯuer
ſatiõꝫ aptã. Tertia plenitudo q̄ fuit in ṽgi/
ne aſſilaẗ plenitudini fontꝫ: vt. ſ. dictũ eſt ꝑ
illð Cañ. vij. Fons ortoꝝ ⁊c̄. Hꝫ eñ fructuo
ſam germiatiõeꝫ: ⁊ iõ dr̄ fons ortoꝝ. Habet
ꝑpetuã effuſionē: iõ dr̄ pute⁹ aquaꝝ viuētiũ.
Habet velocē ⁊ abundãtē emanationē: ⁊ iõ
ſequiẗ. que fluunt impetu de libano. Quar/
ta plenitudo q̄ in xp̄o aſſimilaẗ plenitudini
fluminis: quia a nullo alio fluie incipit ſed a
mari ꝓcedit ⁊ ſꝑ fluit. De quo dr̄ pſ. ꝓdicto
Flumē dei repletũ eſt aquis ⁊c̄. Iſtð aũt flu
men ſic impletũ matrē ſuã ſpũſctõ ſic imple/

Q. Qua/
druplex
eſt pleni
tudo

uit ꝙ ſeipm̄ q̄ eſt cibus angeloꝝ i ea ꝑparauit
in cibũ hoim. ideo ſubdiẗ. Paraſti cibũ illo/
rum: qm̄ ita eſt ꝑparatio ei⁹. Deinde emiſit ri/
uos. i. apl'os. q̄s ſic inebriauit. i. in tãta abũ/
dãtia impleuit ꝙ ꝑ eos germina fidei ꝑ totũ
orbē multiplicauit. ideo ſubdiẗ. Riuos eius
inebriãs multiplica genimĩa ei⁹. Deinde il/
lud flumē emiſit ſtillicidia. i. in cordibꝫ alio/
rũ ſanctoꝝ miſit ſpũſſcti dona: ꝑ q̄ gaudenẗ
eos germinare fecit ꝑ opa bona. ideo ſubdiẗ
In ſtillicidijs ei⁹ letabiẗ germinãs. ¶ Iſtam
ãt plenitudinē ſupefluētē xp̄us donauit ma
tri ſue. q꞉ de plenitudine ei⁹ accipiũt vniũſi.
nõ tñ oibus equaliẗ ſe diffundit ſꝫ ſm̄ diſpo
ſitionē recipiētiũ dat menſurã graꝝ. Habet
em̄ q̄druplicē mēſurã. de qua diciẗ Luc. vj.
Mēſura bonã ⁊ ꝯfertã ⁊ coagitatã ⁊ ſupef/
fluentē dabũt in ſinũ vr̄m. Ipa nanqꝫ q̄ſdã
facit bñ incipe ꝑ grãm icipiētē: ⁊ iſtis dat mē
ſurã bonã. quoſdã faciẗ i medio ꝓficere ꝑ gra/
tiã ꝓgredientē. ⁊ iſtꝫ dat mēſurã cõfertã: quia
maiorē grãm eis ꝯfert. quoſdã facit ſꝑ ꝑſeue
rare: ⁊ iſtis dat mēſurã coagitatã: q꞉ grã dei
ſic exagitat eos ⁊ ꝯfirmat ꝙ ab ipa nunqꝫ ca
dunt. quoſdã ṽo facit ſupefluere ꝑ gratiã ꝑ
ficientē: ꝑ quã ipi effluũt: modo ꝑ ṽba edifi/
catoria: mõ ꝑ bona exēpla: ⁊ mõ ꝑ miſicordie
opa. ¶ Notãdũ aũt ꝙ ſunt q̄ttuor ſigna ple
nitudinis. Primũ eſt nõ reſonare. ſic ptꝫ in
vaſe pleno vino: qð repercuſſum nõ reſonat
Ideo dr̄ Iob. vj. Nũq̇d mugiet bos cũ an/
te ꝑſepe plenũ fuerit? Secũdũ eſt nõ pl⁹ ap
petere. ſic ptꝫ i ſtomacho pleno q̇ nõ pl⁹ appe
tit eo ꝙ ſaturitatē hꝫ. Ideo dr̄ ꝓuerb. ij. Aia
ſaturata calcabit fauũ. aĩa ṽo eſuriens etiam
amaꝝ ꝓ dulci ſumet. Tertiũ eſt ſupefluere
ſicut ptꝫ in fluuio inundãte. vñ Ecci. xxiiij.
dr̄. Qui iplet q̄ſi phiſon ſapiam. Phiſon eñ
ē fluui⁹ ꝑadiſi terreſtrꝫ: q̇ de ꝑadiſo egrediēs
terrã euilath circũit ⁊ inundat. Quartũ ſi/
gnũ ē põderoſũ eē. ſic ptꝫ i vaſe: qð qñ ē va
cuũ ē leue: ſꝫ qñ ē plenũ ē põderoſũ. Iſta ãt
q̄ttuor ſigna fuerũt i btã ṽgie: ꝑ q̄ oñdiẗ ꝙ fuit
grã plena. Prio em̄ nũqꝫ reſonauit ꝑ patiē/
tiã vl' murmuratiõeꝫ. ſꝫ mltas tribulatiões
ꝑpeſſa ſit: ſꝫ ſꝑ de oibꝫ deo grãs egit. Secũdo
q꞉ adeo cor ſuũ fuit plenũ amore celeſtiũ ꝙ
nunqꝫ mũdana appetijt: ſed ſꝑ terrena deſpe
xit. q꞉ celeſtē dulcedinē deguſtauit: iõ oĩs dul
cedo mũdana ſibi amara fuit. vñ Prouꝫ. vl.
dr̄. Guſtauit ⁊ vidit q꞉ bona ē negociatio ei⁹
nã ſic dr̄ Chryſ. ṽe ñ hꝫ qð ſup terrã amet q̄
celeſtē dl'cedinē deguſtauit. Tertio ꝑtinua
bñficia nũqꝫ effluere ceſſauit. vñ ber. ſup miſ

R. Maria
hꝫ q̄dru
plicē mē
ſurã gra
tiarum.

Quattu
or ſunt ſi
gna plē
tudis in
maria

ſus eſt.ait. De plenitudīe ei⁹ accipiũt vniuer
ſi:captiu⁹ redēptõz:cecus illumiationē:eger
curationē:triſtis ꝯſolationē: peccatoꝛ veniā
iuſtus gratiā:angel⁹ leticiā:filius dei huma
ne carnis ſubſtātiā:⁊ tota trinitas gl'iam.ita
vt nõ ſit q̇ ſe abſcondat a caloꝛe ei⁹. Quarto
intātũ fuit ꝑ maria grē plenitudine pōdero
ſa:ꝙ ſi ipa ſola in vna ſtatera poneret̃ ab vna
pte:⁊ ceteri oēs ſcti tā noui q̄ȝ veterȝ teſtamē
ti ⁊ oēs āgeli i alia:ipa ampli⁹ pōderaret.vñ
Ber.vbi.s̄.expones illđ Eccl.xxiiij. In ple
nitudīe ſanctoꝝ detetio mea.inq̄t. Vere i ple
nitudīe ſctõꝝ detētio ei⁹.cui non defuit fides
ꝑ̄triarchaꝝ:nec ſpes ꝓphaꝝ:nec zel⁹ aplorum
nec ꝯſtātia martyꝝ:nec ſobrietas confeſſorũ
nec caſtitas ꝟginũ:nec fecũditas cõiugataꝝ
G nec puritas āgeloꝝ. ¶ Si āt q̄rat̃ q̄liť btiſſi-
Qualiť ma ꝟgo grām tātā inuenit: Eſt ſciēdũ ꝙ eua
maria in ꝑ tria grām dei amiſit.ſ.ꝑ ſupbiā:iobediētiā
uēit graȝ ⁊ curioſitatē vanā. E contra ꝟo bñdicta ꝟgo
graȝ dei inuenit merito hũilitatis quā hũit.ſ.
qñ ſe ācillā vocauit. Sup quē locũ đt Ber.
Sp ſolet eē grē diuīe familiarȝ hũilitas q̄ ce
dere nõ nouit honoꝛibꝫ.iſoleſcere gl'ia neſcit
mr̄ dei eligiť:⁊ ācillā ſe noiat. Nõ ē magnũ i
abiectiõe eē hũilē.magna ⁊ rara ꝟtꝰ ē humi
litas honorata. Scđo inuenit grām merito
obedientie quā deo exhibuit qñ dixit.fiat mi
hi ſm ꝟbũ tuũ.vñ Aug.in q̄dā ſer.ait. Eua
occidēdo obfuit:maria viuificando ꝓfuit.ꝑ
iobediētia em̄ obediētia cõmutat̃:fides ꝑ ꝑ̄fi
dia ꝯpēſat̃. Tertio iuenit graȝ merito ſolitu
dinis. nõ ei fuit curioſa ſȝ deo ⁊ ſibi vacauit
vñ āgel⁹ nõ iuenit eā i foro tāq̄ȝ mũdanis cu
rȝ ihiātē:ſȝ in thalamo tāq̄ȝ ſoli deo vacātē.
Dic̃ ei Amb.i li.de ꝟgibꝫ. Nõ dȝ ꝟgo eē vul
garȝ.i.deuulgo:nõ i foro:ñ i platea:voce q̄ru
la:geſtu lubrica:facil' auditu vl' affatu. Qui
cũq̄ȝ igiť h̄ tria hȝ.ſ.hũilitatē:obediētie ꝓ̄ō-
ptitudinē:⁊ mētȝ vacatiõȝ:dei graȝ poťit iue
nire:iuť illđ Iſa.lxvj. Sup quē requieſcit
ſpũs me⁹ niſi ſup hũilē:ecce hũilitas.⁊ q̄etũ
ecce mētis trāq̄llitas:⁊ trementē ſmões meos
⁊ et h̄ adiplētē:ecce obediētie velocitas ¶ Si
I ꝟo q̄rat̃ ꝓpť q̄d btā ꝟgo inuenit tātā grām:
Propter rñdet̃ ꝙ ñ tm̄ ꝓpť ſe ſȝ etiā ꝑ nob:vt de ei⁹ ple
nos inue nitudīe accipiam⁹.vñ Ber.vbi.s̄.inq̄t. Co
nit tantā pioſiſſima charitate btiſſima ꝟgo ſapiētibꝫ
gratiam ⁊ inſipiētibꝫ debitricē ſe fecit:oibꝫ miſcđie ſue
ſinũ apit:vt de plenitudīe ſua cũcti recipiāt.
hec ille. Supdicta aũt q̄ſi oīa ꝯfirmat Alb.
ſup Miſſus ē.vbi iter alia đt:loq̄ndo de ple
nitudīe grē.q̄đ eſt diſtiguere triplicē pleitu-
dinē. Pria eſt effluxiua ⁊ nõ receptiua:⁊ ap-
pellat̃ pleitudo et̃na.⁊ h̄ ē i đo ſolo q̇ dat graȝ
⁊ nõ recipit a q̄q̄ȝ:iuť illđ ps.lxxxiij. Graȝ et
gl'iaȝ dabit dñs.⁊ hec pleitudo q̇ dei eſt ſb fi-
gura aſſueri:q̇ iterp̄tat̃ btitudo deſcribit̃ He
ſter.xv.vbi đr. Vidi te dñe q̄ſi āgelũ dei ⁊ cõ
turbatũ ē coꝛ meũ ꝑ timoꝛe gl'ie tue.valde ei
mirabil' es dñe ⁊ facies tua plena eſt oiȝ gra
rũ. Hāc plenitudinē recepit ꝟgo maria in ſe
q: deũ in mēte habuit plenũ oim graꝝ:⁊ i vē
tre ꝑ icarnatiõȝ.⁊ h̄ mõ null⁹ ali⁹ habuit ple
nitudinē graꝝ niſi ipa:vt ait Ber.vbi ſup̄.
Scđa plenitudo fuit i xp̄o ſȝ hũanitatē:iuť
illđ Joh.j. Plenũ grē ⁊ ꝟitatȝ. ⁊ Iſa.xj.đr.
Requieſcet ſup eũ ſpũs dñi. ¶ Sȝ ſciēdũ ꝙ oi V
bus ſctis datũ ē gra ad mēſurā:ſȝ nob igno-
tā:ſȝ illi notiſſimā q̇ oīa ꝯſtituit i pōdere nũe
ro ⁊ mēſura: Sap.xj.hoi aũt xp̄o.i.aīe eius
iſuſa fuit gra ab initio ſue ꝯceptiõis ſine mē
ſura:ſm illđ Joh.iij. Nõ em̄ ad mēſurā dat
de⁹ ſpm̄.ſ.ipi xp̄o. Fuit ḡ plen⁹ gra.q: inq̄ȝ-
tũ hõ habuit ꝑ grām q̇ de⁹ hȝ ꝑ naturā.vnde
đt Iſiđ.in li.de triniť.ꝙ trinitas ſibi ſoli no
ta eſt ⁊ hoi aſſũpto.veꝝ:q: aīa xp̄i carni fuit
vnita in vētre ꝟgis.ſic etiā pt dici ꝙ iſta ple
nitudo ſine mēſura fuit i ꝟgine vt dicat̃ gra
plena:⁊ ita itelligiť illđ Hiero.ad euſto. In
maria toti⁹ grē q̇ in xp̄o fuit venit plenitudo
Tertia pleitudo ē illa q̇ dat̃ ſctis ad mēſurā
vt.s̄.dictũ ē. Dicunt̃ āt pleni ſm capacitatē
ſuā.⁊ hec plenitudo fuit excellētiſſime i ma-
ria:q̇ ſola (vt ait Alb.vbi ſup̄) tātā grām ha
buit ꝙ oīs pura creatura maioꝛē recipe ñ po
tuit. Nā niſi ipa eſſet de⁹ nõ poſſet maioꝛ gra
intelligi q̄ȝ ꝙ ſit mr̄ dei.hec ille. Hec ḡ menſu
ra graꝝ tātũ abũdās fuit i ꝟgie q̄tũ ad reci-
piēdũ fuit lata capacitas vniuerſe creature.
Et merito tantā recepit grām.q: (vt inquit
Tho.in.iij.pte ſum.q.xxvij.) q̄to aliq̇d ma
gis appropinq̄t ꝑ̄ncipio i q̄libet genere tāto
magȝ ꝑticipat effectũ illi⁹ ꝑ̄ncipij. Vñ dicit
Diony.iiij.c.celeſtȝ hierar.ꝙ angeli q̇ ſt̃ deo
ꝓpinq̇ores magȝ ꝑticipāt de bonitatibꝫ eius.
xp̄us aũt eſt principiũ gratie ſm diuinitatē
auctoritatiue.⁊ ſm humanitatē inſtrumēta-
liter:iuť illud Joh.j. Gratia ⁊ veritas ꝑ ie-
ſum xp̄m facta eſt.trāſſumptiue in.c.libēter
de peni.di.j.⁊ in.c.vnico.extra de purg.poſt
par.⁊ de ꝯſe.di.j.in ꝑ̄n.⁊ di.ij.c.i calice. Cũ
igiť btiſſima ꝟgo maria ꝓpinq̇ſſima ei fuerit
ſm hũanitatē.q: ex ea accepit humanā natu
rā.ergo pre ceterȝ maioꝛē debuit a xp̄o pleni-
tudinē gratie obtinere. Et ideo Alber.vbi.s̄
c.cxxxvij.exponēdo illud Lu.j. Inueniſti
grām apđ deũ.inq̄t. Inueniſti grām icreatā

ꝛ ĩ illa ꝛ cũ illa oēm creaturā. venerũt em̃ tibi
oĩa bona pꝛ̃ cũ illa. Sap. vij. Hec aũt oĩa ĩ/
uenisti apḋ deũ. Apud deũ dico ꝓpinq̃ssima
ſiĩitudine: dignitate: familiaritate: ꝛ nature
vnitate. ꝛ hoc apḋ deũ creatorē: recreatorē et
glĩficatorē. hec ille. Qui etiā eiuſdē li. c. cccxx
vj: exponēs p̄dicta ꝟba ait. Propriũ eſt re/
gine apud regē eē: iuxͣ illḋ ps. Aſtitit regina
a dextris tuis. ſiĩr ꝛ matrꝫ ꝓpriũ eē apḋ filiũ
iij. Re. ij. vbi ḋꝛ. Poſit⁹ eſt thron⁹ matrꝫ re
gis apḋ thronũ regꝫ. Itē ſicut ḋꝛ fili⁹ eē apḋ
patrē ꝓpꝛ̃ idētitatē nature: iuxͣ illḋ Joh. j. ꝛ
ꝟbũ erat apud deũ. ſic etiā dici p̄t matrē eſſe
apud filiũ ꝓpꝛ̃ idētitatē nature: in qua ē vnũ
cũ matre: ſicut ꝛ in alia natura eſt vnũ cum
pꝛ̃e. Hec ille. Ex q̇bꝫ p̄ꝫ glĩoſam ꝟginē ꝓpꝛ̃
ꝓpinq̇tatē filij plenitudinē gratie ab eo ſuſ/
x cepiſſe. ¶ Subdit ꝗꝫ p̄dictus doctor eiuſdē
lib. cccvij. c. Jā ergo ſufficientꝛ̃ oſtenſum eſt
qualiꝛ̃ btā ꝟgo gratia plena fuerit. qꝛ om̃es
gr̃as generales ꝛ ſpāles oĩm creaturaꝝ in ſũ
mo habuit. ꝛ etiā illas a q̇bꝫ oĩs creatura va
cua fuit. nā ꝛ gr̃am increatā in ſe totā conti/
nuit. ꝛ ſic ꝑ oēm modũ gr̃a plena fuit. vnde
fuit vas dei gr̃a plenũ. de quo Eccĩ. xliij. ḋꝛ.
Vas admirabile op⁹ excelſi. Et iō illi ſic re/
plete om̃i gr̃a dicere poſſum⁹ illud ps. xliiij.
Diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis. ꝓpꝛ̃ea benedi/
xit te de⁹ in eternũ. Cũ em̃ de⁹ manſuetis det
gr̃am: puer. iij. ꝛ q̇ bon⁹ eſt hauriat ſibi gra/
tiā a dño: puerb. xij. ꝛ ſi gratia dei ꝛ miſericor/
dia eſt in ſanctis ei⁹ Sap. iiij. ꝛ ſi q̃to q̇s eſt
maior ꝛ magꝭ ſe humiliat: tāto maiorē apud
deũ inuenit gratiā: Eccĩ. iij. Nā de⁹ hũilib⁹
dat gratiā: Jacobi. iiij. ꝛ. j. Petri. v. ꝑfecto
beatiſſima virgo: mãſuetiſſima: optima: ſan
ctiſſima atq̃ humillima debuit ampliſſimā
a deo cõſequi gratiā. Et ſi ꝑ reuerentia acce
dit nobis bona gratia: Eccĩ. xxxij. merito in
hac ꝟgine oĩm reuerēdiſſima ſuꝑuenit indi
cibilis gr̃a dei. vñ dicit ſanct⁹ Bona. i. j. diſ.
xliiij. ar. j. q. iiij. ꝙ de⁹ de potētia ordinaria ñ
p̄t dare tātā gratiā alicui pure creature: q̃n/
tā dedit ꝟgini marie. Hanc aũt gratiam ipa
ſola habuit que regis regũ ꝛ dñi dñantiũ ꝛ
dei creatoris oĩm mꝛ̃ fuit. Qꝛ ğ tātũ deo gra
tioſa eſt. iō pre oĩbꝫ ſctĩs q̇cq̇d ab eo petierit ĩ
petrabit. Si em̃ ĩpetrauit nob̃ filiũ dei: q̃to
magis impetrabit remiſſionē pctõꝝ. Propꝛ̃
tantas aũt gr̃as quas habet ꝛ nobis obtinet
appellaꝛ̃ thronus gratie dei. Ideo apoſtol⁹
ad Heb. iiij. inq̇t. Adeam⁹ cum fiducia ad
thronũ gr̃e ei⁹ vt miſericordiā cõſequamur
ꝛ glĩam inueniam⁹ cũ auxilio opoꝛtuno. Ad
quā ille nos ꝑuenire faciat q̇ in ſeculũ ſeculi
viuit ꝛ regnat. Amē.

¶ De eadē iocũdiſſima annũciatiõe
Sermo. viij.

Luce ſplēdida y
fulgebis: Thob. xiij. Feneſtra vi
trea talꝛ̃ eſt nature ꝙ ꝑ ipam ĩtrat
lux ſed nõ puluis nec aqua. Rõ eſt: qꝛ vitꝝ ē
corp⁹ diaphanũ: qḋ aptũ eſt ad lucē recipiē/
dũ. ꝛ eſt cũ h̃ magne ſoliditatis: ꝛ ideo impe
netrabile. Spũaliter aũt dico ꝙ beata ꝟgo
maria fuit feneſtra luciďiſſima lucem ferēs
oĩm ſaluãdorũ. ꝛ tam corp⁹ eius q̃ ſpiritus Maria
fuerũt diuina gratia ita ſolidati ꝙ lꝫ ꝑ ipaꝫ feneſtra.
eterni ſolis lux nobis illuxerit: tamē in eam
nec culpa nec macula vnq̃ ĩtrare valuit. Fi/
gura aũt hui⁹ habeꝛ̃ Gen. vij. In archa em̃
noe erat feneſtra vitrea ꝑ quā lux intrabat
habitātib⁹ in archa. ꝛ tñ aque diluuij per fe
neſtrā illā nõ potuerũt intrare. Per archaꝫ
em̃ figuraꝛ̃ beata ꝟgo: in qua noe. i. vera q̇es
ſcilꝫ fili⁹ dei req̇euit. Eccĩ. xxiiij. Et q̇ creauit
me req̇euit in tabernaculo meo. Aures eniꝫ
beate ꝟginis fuerũt diaphane: vt ꝑ ipam in
traret vera lux angelo nũciāte. ꝛ hāc lucē oĩ/
bus cõicauit. vñ ipa inq̇t Eccĩ. xxiiij. Ego in
celis feci vt oꝛireꝛ̃ lumen indeficiēs. Sed cũ
fuit tāte ſoliditatis vt nulli⁹ pcti aqua potu
erit in ipam introire. Volēs igiꝛ̃ ad eternā
patriā ꝑuenire hāc lucē tota adheſiõe debet
aſpicere. vñ ait Amb. i li. de ꝟginitate. Sit
nobis tanq̃ in imagine deſcp̄ta ꝟgitas vita/
q̃ marie. in qua velut in ſpeculo refulget ſpe
cies caſtitatis ꝛ forma ꝟtutis. De cui⁹ ꝟgis
annũciatiõe duas tm̃ ꝯſideratiões faciem⁹.
Prima diceꝛ̃ habitatiõis.
Scḋa ꝟo benedictiõis.

¶ Pars ꝑma hui⁹ ſmonis q̇ ḋꝛ habitatiõis.
Dixit angel⁹ btē ꝟgini Luce. j. Dñs z
tecũ. In q̇bꝫ ꝟbis denotaꝛ̃ habitatio
dei in ꝟgine. ¶ Sciēdũ ergo ſm̃ ma
giſtrũ in. j. ſententiaꝝ. di. xxxv. ꝙ de⁹ diciꝛ̃ eſſe De⁹ ē in
in oĩbus rebus creatis tripliciꝛ̃. ſ. per eētiā rebꝫ tri/
preſentiā ꝛ potentiā: ꝛ in ſanctis ſuis quar/ pliciter
to mõ. ſ. ꝑ inhabitantē gr̃am: vel hic inchoa/
tam vel in futuro cõſummatā. Omnibus au
tem his modis erat dñs de⁹ cũ beata ꝟgine
ꝑfectius q̃ in ceteris oĩbus. Diciꝛ̃ em̃ de⁹ eſſe
in creaturis ꝑ eſſentiā inq̃tum per ſuum cõ
